UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

Liber CCXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67649

Visual Library

Turcicum Consilium de Bello christianis inferendo.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXVII.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Exacta circa Ritus Senenses decretorum observantia a summo Pontifice præcepta.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Quamvis Michael Tamburinus Societatis Generalis unacum suis Assistentibus, & Provinciarum Procu- *Bull. magn. Const. 78. pag. 155.*

Sæc. XVIII. A. C. 1715

ratoribus, necnon FF. Prædicatorum, Auguſtinianorum & Franciſcanorum Generales ſuis quisque Miſſionariis in Sinarum Imperio laborantibus in cauſſa Rituum Sinenſium exactam poſtremi decreti Pontificii obſervantiam injunxiſſent, nihilominus non ſine intimo animi ſui mærore Pontifex compererat, quod nonnulli, ac præcipue illi, *qui S. Sedis auctoritatem ſeſe quam maxime revereri, & humili & obſequenti animo illius judicio ſeſe omnino ſubjicere profiterentur*, tam Pontificis, quam Cardinalis Turnonii mandatum variis effugiis, & prætextibus eluderent: Ut ergo contumaces ejusmodi homines tandem aliquando frænaret, eosque ad perfectam decretorum obſervantiam adigeret, hoc rurſus anno die decima nona Martii Conſtitutionem Apoſtolicam, quæ incipit: *Ex illa die* promulgavit, omnesque obtentus ad eludendam ejusmodi Decretorum executionem adinventos rejecit. *Reſponſa*, inquiebat Pontifex, *quæ ad varias quæſtiones ſuper ejusmodi rebus excitatas prævio diuturno examine dudum, videlicet tempore fel. rec. Innocentii Papæ XII. prædeceſſoris noſtri inchoato, ac deinde juſſu noſtro per plures annos continuato, auditisque utriusque partis rationibus, necnon complurium Theologorum & Qualificatorum ſententiis a Congrega-*

Acta cauſſ. Rit. p. 82. Polid. vit. & res. geſt. Clem. XI. Bull. Benedict. XIV. quæ incipit. Ea quo ſingulari.

gregatione venerabilium Fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium in tota Republica Chriſtiana generalium Inquiſitorum adverſus hæreticam pravitatem authoritate Apoſtolica deputatorum data fuerunt, Nos die 20. *Novembris* 1704. *eadem authoritate confirmavimus & approbavimus.* Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Ea *autem, quæ in Reſponſis hujusmodi decreta fuerunt, ſunt, quæ ſequuntur.* Cum „Deus optimus maximus congrue a„pud Sinas vocabulis Europæis ex„primi nequeat, ad eundem Deum ve„rum ſignificandum vocabulum *Thien „Chu*, hoc eſt, Cæli Dominus, quod „a Sinenſibus Miſſionariis & Fidelibus „longo ac probato uſu receptum eſſe „dignoſcitur, admittendum eſſe: No„mina vero *Tien* Cælum, *Xang* Ti „ſupremus Imperator penitus rejicien„da. Idcirco tabellas cum inſcriptione „Sinica *King Tien, Cælum colito*, in Ec„cleſiis Chriſtianorum appendi, ſeu „jam appenſas impoſterum inibi reti„neri permittendum non eſſe.„

„Ad hæc nullatenus, nullaque de „cauſſa permittendum Chriſti fidelibus, „quod præſint, Miniſtrent, aut inter„ſint ſolemnibus ſacrificiis, ſeu obla„tionibus, quæ a Sinenſibus in utro„que æquinoctio cujuscunque anni Con„fucio, & progenitoribus defunctis fieri

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„ſolent, tanquam ſuperſtitione imbutis. „Similiter nec eſſe permittendum, quod „in ædibus Confucii, quæ Sinico no„mine *Miao* appellantur, iidem Chriſti„fideles exerceant ac peragant cære„monias, Ritus, & oblationes, quæ in „honorem ejusdem Confucii fiunt, „tum ſingulis Menſibus in Novilunio „& Plenilunio a Mandarinis, ſeu pri„mariis Magiſtratibus, aliisque officia„libus & literatis, tum ab iisdem Man„darinis, ſeu Gubernatoribus, ac Ma„giſtratibus, antequam dignitatem ad„eant, ſeu ſaltem poſt ejusdem poſſeſ„ſionem adeptam: tum denique a lite„ratis, qui poſtquam ad gradum ſunt „admiſſi, e veſtigio ad Templum, ſeu „ædem Confucii ſe conferunt. Præ„terea non eſſe committendum Chri„ſtianis in Templis, ſeu ædibus pro„genitoribus dicatis oblationes minus „ſolemnes eisdem facere, nec in illis „Miniſtrare, aut quomodolibet inſervire, „vel alios Ritus, & Cæremonias per„agere.„

„Item nec eſſe permittendum præ„fatis Chriſtianis oblationes, Ritus & „cæremonias hujusmodi coram proge„nitorum Tabellis in privatis Domibus „ſive in eorum progenitorum ſepulchris, „ſive antequam defuncti ſepulturæ tra„dantur, in eorum honorem fieri con„ſue

„ſuetas, unacum gentilibus, vel ſeor- Sæc. XVIII.
„ſim ab illis peragere, eisque mini- A. C. 1715.
„ſtrare, aut intereſſe, imo prædicta
„omnia utpote quæ perpenſis hinc inde
„deductis, necnon diligenter, ac ma-
„ture diſcuſſis omnibus, ita peragi
„comperta ſunt, ut a ſuperſtitione ſe-
„parari nequeant, Chriſtianæ legis
„cultoribus nequidem permittenda eſſe
„præmiſſa publica vel ſecreta proteſta-
„tione, ſe non religioſo, ſed civili, ac
„politico tantum cultu erga defunctos
„illa præſtare, nec ab eis quidquam
„petere aut ſperare.„

„Non tamen per hæc cenſendam
„eſſe damnatam præſentiam illam, ſeu
„aſſiſtentiam mere Materialem, quam
„cum gentilibus ſuperſtitioſa peragen-
„tibus, citra ullam ſive expreſſam,
„ſive tacitam geſtorum approbationem,
„ac quovis Miniſterio penitus ſecluſo,
„eisdem ſuperſtitioſis actibus quando-
„que præſtari contingat a Chriſtianis,
„cum aliter odia, & inimicitiæ vitari
„non poſſunt, facta tamen prius, ſi
„commode fieri poterit, fidei proteſta-
„tione, ac ceſſante periculo ſubver-
„ſionis.„

„Demum permittendum non eſſe
„Chriſtifidelibus Tabellas, defuncto-
„rum progenitorum in ſuis privatis do-
„mibus retinere juxta illarum partium

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„morem, hoc est, cum inscriptione Si-„nica, qua Thronus, seu Sedes spi-„ritus vel animæ N. significetur, imo „nec cum alia, qua Sedes seu Thro-„nus, adeoque idem, ac priori, licet „magis contracta inscriptione, designari „videatur. Quo vero ad Tabellas solo „defuncti nomine inscriptas, tolerari „posse illarum usum, dummodo in eis „conficiendis omittantur omnia, quæ „superstitionem redolent, & secluso „scandalo, hoc est, dummodo, qui „Christiani non sunt, arbitrari non pos-„sint, Tabellas hujusmodi a Christianis „retineri ex mente, qua ipsi illas reti-„nent, necnon adjecta insuper decla-„ratione ad latus ipsarum Tabellarum „apponenda, qua & quæ sit Christia-„norum defunctis fides, & qualis fi-„liorum ac Nepotum in Progenitores „pietas esse debeat, enuntietur.„

„Per præmissa nihilominus non ve-„tari, quominus erga Defunctos per-„agi possint alia, si quæ sint, ab iis „gentibus peragi consueta, quæ vere „superstitiosa non sint, nec superstitio-„nis speciem præseferant, sed intra li-„mites civilium & politicorum Rituum „contineantur.„

„Porro quænam hæc sint, & qui-„bus adhibitis cautelis tolerari valeant, „tum pro tempore existentis Commis-„sarii,

„ſarii, & viſitatoris Generalis Apoſto- Sæc. XVIII.
„lici, ſeu ejus vices exercentis in Im- A. C. 1715.
„perio Sinarum tum Epiſcoporum, &
„Vicariorum Apoſtolicorum illarum
„partium judicio relinquendum eſſe,
„qui tamen interea omni quo poterunt
„ſtudio, ac diligentia curare debebunt,
„ut gentium Cæremoniis penitus ſub-
„latis illi ſenſim a Chriſtianis & pro
„Chriſtianis hac in re uſu recipiantur
„ritus, quos Catholica Eccleſia pro
„Defunctis pie præſcripſit.

Poſt hæc vero labente fere ſexennio, nempe die 25. *Septembris* 1710. *auditis iterum dictorum Cardinalium, qui rem mature, ac diligentiſſime diſcuſſerunt, ſuffragiis, eadem Reſponſa necnon Mandatum, ſeu Decretum, quod illis expreſſe inhærendo a piæ record. Carolo Thoma, dum vixit ejusdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Turnon nuncupato, tunc Patriarcha Antiocheno, Commiſſario, & Viſitatore Apoſtolico Generali præfato imperio Sinarum die* 25. *Januarii* 1707. *edictum fuit, ab omnibus & ſingulis, ad quos ſpectabat inconcuſſe, & inviolabiliter ſub cenſuris & pœnis in Mandato, ſeu Decreto hujusmodi expreſſis obſervanda eſſe decrevimus: Quovis contra faciendi quæſito colore, ſeu prætextu penitus ſublato, ac potiſſimum non obſtante quacunque appellatione a quibusvis perſo-*

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

nis ad Nos, & Sedem Apoſtolicam interpoſita, quam propterea prorſus rejiciendam eſſe ſimiliter decrevimus, ac reipſa rejicimus, prout in Decreto hac de re edito fuſius continetur.

Hæc omnia plene & abunde ſufficere debuiſſent, ut ea, quæ inimicus homo ſuperſeminaverat Zizania ex agro illo radicitus evellerentur, fidelesque omnes Noſtris & hujus ſanctæ Sedis Mandatis ea, qua par eſt, humilitate & obedientia obſequerentur; præſertim cum in calce Reſponſorum prædictorum a Nobis, ſicut præmittitur, confirmatorum, & approbatorum cauſſam jam finitam eſſe apertis, & perſpicuis verbis pronuntiatum fuit.

Verum cum, ſicuti ex eisdem partibus, non ſine intimo animi noſtri dolore, ad noſtri pervenit Apoſtolatus auditum, tam enixe a Nobis præſcripta Reſponſorum hujusmodi executio male a plerisque ſive vano, falſoque obtentu, quod illa a Nobis ſuſpenſa fuerint, vel minus legitime promulgata, ſive conditionum, ut perperam aſſeritur, in eis inſitarum, & ante executionem ipſam verificandarum factorumque, ſuper quibus ipſa emanarunt, non juſtificatorum ratione, ſive ulteriorum a Nobis ea in re edendarum declarationum colore, ſive gravium, quæ tam Miſſionariis quam Miſſioni ipſi ex demandata executione obvenire poſſint, periculorum formidine:

midine: ſive demum Decreti dudum nempe die 23. Martii 1606. ſuper ejusmodi Ritibus, ſeu cæremoniis Sinicis a præfata Congregatione Cardinalium editi, ac a rec. mem. Alexandro Papa VII. etiam prædeceſſore noſtro approbati prætextu. Non ſine gravi Pontificiæ Noſtræ authoritatis injuria, Chriſtifidelium ſcandalo, ac ſalutis animarum detrimento, ſatis diu multumque eludatur ac ſaltem nimium retardetur. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„Hinc eſt, quod Nos ex commiſſo Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere, difficultates, tergiverſationes, ſubterfugia, & prætextus hujusmodi penitus, & omnino e medio tollere ac rejicere, necnon Chriſtifidelium quieti, animarumque ſaluti, quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere cupientes, de eorumdem Cardinalium conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnibus & ſingulis Archiepiſcopis & Epiſcopis in ſupradicto Sinarum Imperio, aliisque ei conterminis, ſive adjacentibus Regnis ac provinciis nunc & pro tempore quandocunque exiſtentibus ſub ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: eorum vero officialibus ac vicariis in ſpiritualibus genera-

Sæc. XVIII. A. C. 1715

libus, aliisque illorum locorum Ordinariis, ac etiam Vicariis Apoſtolicis, qui Epiſcopi non ſint, eorumque Provicariis, necnon Miſſionariis tam ſæcularibus quam cujusvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu Regularibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua nemo a quoquam præterquam a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente niſi in mortis Articulo conſtitutus, abſolvi poſſit; & quo ad Regulares etiam privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis per contrafacientes ipſo facto absque alia declaratione incurrendis, tenore præſentium præcipimus, & in virtute ſanctæ Obedientiæ mandamus, ut Reſponſa præinſerta omniaque & ſingula in eis contenta exacte, integre, abſolute, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervent, ac ab eis, quorum cura ad illos ſpectat ſimiliter obſervari, quantum in ipſis eſt, curent, & faciant: Neque illis ſive ullo ex ſuperius expreſſis, ſive alio quovis titulo, cauſſa, occaſione, colore, vel prætextu contra venire, quodammodo audeant, vel præſumant. „

„Præterea motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie ſtatuimus & ſub eisdem excommunicationis reſervatæ, ac priva-

privationis vocis activæ & passivæ pœnis ordinamus, ut omnes & singuli Ecclesiastici tam sæculares, quam prædictorum ordinum, Congregationum, Institutorum, & societatum, etiam Jesu, Regulares, ad Sinas, aliave præfata Regna, & Provincias, sive ab hac sancta Sede, sive etiam ab eorum superioribus missi, & quandocunque in posterum mittendi, cujusvis tandem tituli, aut facultatis vigore illic existant, vel in futurum extiterint: Missi scilicet statim, ac præsentes literæ eis innotuerint, mittendi vero, antequam ibidem aliquod Missionarii munus exercere incipiant, Juramentum de fideliter, integre, & inviolabiliter observando ejusmodi præcepto, ac Mandato nostro juxta formulam in præsentium litterarum calce annotandam, in manibus commissarii, & visitatoris Apostolici in præfato imperio Sinarum pro tempore existentis, vel alterius ab illo deputati, sive eo deficiente in manibus Episcoporum, ac Vicariorum Apostolicorum dictarum partium, in quorum respective jurisdictione commorantur vel commorabuntur, aut aliorum ab eis deputatorum in eisdem partibus existentium, præstare omnino debeant, ac teneantur, ita ut ante præstationem juramenti hujusmodi, & subscriptionem

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715. nem sub eadem formula ab uno quoque, qui juramentum ipsum præstiterit, propria manu faciendam, nullum Missionarii munus continuare, aut exercere, imo nec tanquam deputati ab Episcopis, seu Ordinariis locorum, aut tanquam simplices suæ Religionis Presbyteri, sive alio quovis titulo, caussa, seu Privilegio, de quibus expressa, specialis, & specialissima esset facienda mentio, Christi fidelium Confessiones audire, concionari, aut sacramenta quomodolibet administrare ullo modo valeant, nullisque omnino facultatibus, sive sibi speciatim, sive suis respective Ordinibus, Congregationibus, Institutis, societatibusque, etiam Jesu hujusmodi generaliter a Sede præsata concessis uti possint, sed quoad eos, præter, & ultra superius expressas pœnas, omnes & singulæ facultates prædictæ omnino cessent, nulliusque roboris sint, & esse censeantur.„

„Omnia autem juramenta hujusmodi per quoscumque Missionarios tam sæculares, quam Regulares, in memoratorum sive Commissarii & visitatoris Apostolici pro tempore existentis sive Episcoporum, aut Vicariorum Apostolicorum manibus, sicut præmittitur, præstanda, postquam subscriptione munita fuerint vel saltem authentica illorum

rum exempla per eosdem Commissa- Sæc. XVIII.
rium vel Visitatorem Apostolicum pro A. C. 1715.
tempore existentem, Episcopos & Vicarios Apostolicos ad præfatam Congregationem Cardinalium, quanto citius fieri poterit, transmittantur.

Superiores vero Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, institui, & Societatis etiam Jesu, illic nunc, & pro tempore existentes sub eisdem pœnis teneantur, non solum idem juramentum, in præfatorum sive Commissarii, & Visitatoris Apostolici pro tempore existentis, sive Episcoporum, aut Vicariorum Apostolicorum manibus juxta modum supra præscriptum præstare, ejusque formulæ subscribere, sed etiam illius præstationem a suis respective subditis exigere, ac authentica ea super re documenta quam primum transmittere ad summos respective Superiores Generales, qui illa memoratæ Congregationi Cardinalium statim tradere debebunt.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, Ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias specifica & individua mentione,

&

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

& expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſſa, colore, prætextu & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas apertionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud, uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuscunque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas,

illas, etiam quorumcunque a Sede præfata conceſſorum privilegiorum prætextu, ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum executionem, quovis modo, ſeu ex quavis cauſſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere: easque propterea, omnibus & ſingulis quomodolibet allatis, ſeu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejusdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & præſatæ Sedis Nuntios aliosve quoslibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. „ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra & Cancellariæ Apo-

Sæc. XVIII. A. C. 1715

Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliisque Apoſtolicis, ac in univerſalibus provincialibusque, & Synodalibus conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus; necnon quorumcunque, ordinum, Congregationum, inſtitutorum & ſocietatum, etiam Jeſu, ac quarumvis Eccleſiarum & aliis quibuslibet, perſonis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcunque longiſſimis & immemorabilibus, Privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Eccleſiis prædictis, aliisque quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis a Sede prædicta ex quacunque cauſſa, etiam per viam contractus, & remunerationis, ſub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque, efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quarumcumque perſonarum etiam Imperiali, regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica digni-

dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiscunque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, quamvis pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & invidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæterisque contrariis quibuscunque: *Formula autem juramenti, ſicut præmittitur præſtandi eſt, quæ ſequitur, videlicet.* Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Ego N. Miſſionarius ad Sinas vel ad Regnum N. vel ad Provinciam a Sede Apoſtolica, vel a Superioribus meis juxta facultates eis a Sede Apoſtolica conceſſas miſſus, vel deſtinatus,

Sæc. XVIII. A. C. 1715

præcepto, ac Mandato Apoſtolico ſuper Ritibus & cæremonis Sinenſibus in conſtitutione ſanctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. hac de re edita, qua præſentis juramenti formula præſcripta eſt, contento, ac mihi per integram ejusdem conſtitutionis lecturam optime noto, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, abſolute, ac inviolabiliter obſervabo, & absque ulla tergiverſatione adimplebo; ſi autem, quod Deus avertat, quoquo modo contravenerim, toties quoties id evenerit, pœnis per prædictam conſtitutionem impoſitis me ſubjectum agnoſco, ac declaro. Ita tactis ſacroſanctis Evangeliis promitto, voveo, & juro, *ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia. Ego N. manu propria.*

„Cæterum volumus, & expreſſe mandamus, ut eædem præſentes literæ, ſeu earum exempla, etiam impreſſa, notificentur, & intimentur omnibus & ſingulis memoratorum Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, ſuperioribus generalibus, & procuratoribus generalibus ad hoc, ut tam ſuo, quam prædictorum eis reſpective ſubditorum ſeu inferiorum Nomine, ipſas literas fideliter exequi, & obſervare ſpondeant,

actum-

actumque Sponſionis hujusmodi in ſcriptis reddant: earum vero exemplá prædicta pluribus viis, quanto citius fieri poterit, transmittant ad eosdem ſubditos, ſeu inferiores in Sinis aliisque Regnis & Provinciis ſupradictis degentes, cum arctiſſimis præceptis easdem literas, & in eis contenta quæcunque plenarie, & integre, ac vere, realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia ſimiliter exequendi, & obſervandi. Quia vero difficile literas foret hujusmodi originales ubique oſtendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus illarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.„ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Quod autem inobedientes, & captioſi quidam Miſſionarii huic quoque Conſtitutioni Apoſtolicæ ſeſe oppoſuerint, teſtantur tam Benedicti XIII. Clementis XII. quam Benedicti XIV. querelæ, ac iteratæ Conſtitutiones, quas ſuo loco referemus: Fertur quoque, quod pertinaces Rituum prohibitorum defenſores non modo edictum, *Abrégé Chronol. de l'Hiſt. Eccl. t. 3. p. 522.*

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

quo præfatæ Conſtitutionis Pontificiæ obſervantia prohibebatur, a Sinarum Imperatore obtinuerint, ſed etiam illos, qui ſeſe Pontificis mandato ſubjecerunt, dire vexarint, quamvis Pontifex jam die trigeſima Martii Joannem Luſitaniæ Regem impenſe rogaſſet, ut ſuam Bullam, cujus bina eidem exemplaria ſubmiſit, ab ejus Miniſtris præcipue Goanis & Macaonenſibus, non impediri & interpoſita impedimenta ſubmoveri, curare vellet.

§. II.

Actum in Galliis in Nationali Concilio pro coercendis Præſulibus refractariis.

Lafiteau Hiſt. de la Conſt. l. 2. pag. 65. D'Orſanne Journal pag. 139.

Poſtquam Cardinalis Noaillius ſuam Inſtructionem Paſtoralem ad Epiſcopos ſibi adhærentes transmiſerat, non modo Pontificis, ſed & Franciæ Regis indignationem acrius in ſe concitavit: ſolus Polignacus Cardinalis Noaillii patrocinium in ſe ſuſceperat, qui etiam datis Romam literis Tremollium rogabat, ut Pontificem eo inclinare vellet, quatenus Noaillii inſtructionem acceptationi præmiſſam ratam haberet: Hac ſuper re Tremollius cum Cardinale Fabronio contulit, qui tamen eidem reſpondit, prius Conſtitutionem

tionem pure & ſimpliciter eſſe acce- Sæc. XVIII.
ptandam, poſtea vero Noaillio liberum A. C. 1715.
eſſe, tot quotquot libuerit, explicationes addere; decere enim, ut inferior præprimis Superioris Regulam acceptet. Cum ergo Tremolius Noailli inſtructionem poſt Conſtitutionis acceptationem a Pontifice approbari deſperaret, rem urgere deſtitit: comperta hac Pontificis voluntate, varii varia proponebant media ad reddendam pacem congrua; nil conſultius fore cenſebant nonnulli, quam ſi Concilium Nationale celebraretur & Noaillii inſtructio ab omni offendiculo expurgata Romam mitteretur, alii vero cenſebant, vel in Galliis nominandos eſſe Deputatos, qui contra opponentes Epiſcopos judicii acta inſtruerent, vel ipſum Noaillium Romam eſſe mittendum, ut ipſus de ſua agendi ratione ſummo Pontifici rationem redderet: ipſemet quoque Rex obſtinato Cardinalis ingenio exacerbatus, eundem Romam transferri decrevit: Rohanius tamen, uti memoravimus, Regem ad mitiora inclinare intentus, eidem expoſuit, inde timendos eſſe in Regno tumultus, Noaillii amicis, & Parlamento contra Regni leges agi vociferantibus: Hac ratione expugnatus Rex a ſuo quidem deſtitit propoſito, ſpe fretus, ſe tandem a Noail-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

lio, quod monitis impetrare non poterat, saltem Regia auctoritate extorsurum: eapropter Rex Amelotum unacum Targnyo Legationis socio Romam ablegare decrevit, eidemque in mandatis dedit, ut cum Papa de canonicis pertinaces Episcopos reducendi mediis ageret, hancque in rem Nationale Concilium in Galliis celebrandum proponeret, ea lege, ut Papa suos Legatos omni humanitatum genere excipiendos ipsus eo mittere posset, atque quæstiones ibi discutiendas præscribere, illudque Concilium vel convocare, vel ex Pontificis mandato illius convocationem Regi relinquere, in Pontificis arbitrio esset. Præterea eidem Ameloto injunctum, ut a Pontifice novam peteret Constitutionem, qua Papa hanc caussam penitus esse finitam declarans, omnes Instructiones Pastorales ab Episcopis refractariis editas aboleret, eosque ad recipiendam & in eorum Diæcesibus promulgandam Constitutionem adstringeret, secus ab ipso hoc Concilio, quod etiam sine Pontificis confirmatione in Galliis perpetuæ legis vim haberet, tanquam contumaces plectendi forent.

§. III.

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

§. III.

Summi Pontificis conatus pro Noaillio ad ſubmiſſionem revocando.

Quamprimum rumor de habendo Concilio Nationali Urbem Pariſinam pervaſerat, mox Doctorum ingenia partim in rejiciendo partim approbando hoc remedio deſudabant, atque inter eos præcipue Elies du Pin Sorbonæ Doctor ſcriptum edidit, in quo oſtendit, quod ejusmodi Synodus graviſſimis difficultatibus eſſet obnoxia, & primo quidem circa convocationem ob privilegium Franciæ Regibus competens convocandi Concilia Nationalia in ſuo Regno II. ob præſidendi prærogativam, quæ Legatis Pontificiis in Francia non conceditur, III. circa qualitatem Legatorum; cum exteros non admittat Francia, & Cardinales Galli partium perſonam ſuſtineant, IV. circa facultatem eorum, quæ a Parlamentis reſtringi ſolet. V. Circa uſum hujus facultatis in Synodo; non enim eis concedi poteſt, ut decidendorum ſint arbitri ſupremi. VI. Circa eos, qui Synodo intereſſent, vel enim omnes aderunt, & tunc immenſæ erunt expenſæ Clero injungendæ, & hi vel viritim, vel per Provincias ſuffragia ferent, vel

Merc. Hiſt. Aout. p. 170. Epiſt. Clem. XI. p. 1055. Acta Conſtit. pag. 188.

Sæc. XVIII A. C. 1715

consultativa vel deliberativa? semper erit confusio, VII. circa eos, qui erunt Judices, nec acceptantes, nec recusantes. VIII. Circa modum procedendi, IX. circa materias ibi discutiendas, cum de modo acceptandi Bullam agi non possit, nisi prius discutiatur, an juste & in quo sensu fuerint damnatæ propositiones, quod Papa non permittet, X. circa Concilii auctoritatem in Episcoporum Personas, in quas Synodus nullam habet jurisdictionem. XI. Circa vim hujus Synodi, cum ejus decisiones non sint infallibiles &c. Has tamen difficultates oppositio scripto Basnagius dissolvere nitebatur: Interim Amelotus die decima Decembris Lutetia Parisiorum profectus, die quarta Januarii Romam venit, ubi expositio Legationis suæ negotio Pontifex paulopost Cardinalium Congregationem habuit, sæpiusque cum Ameloto contulit; voluit etiam, ut hic cum Cardinale Fabronio frequentes haberet consultationes: tandem vero Oratori Gallico declarabat Pontifex, Concilium Nationale rem fore longissimi temporis, in mora autem periculum esse, consultius ergo sibi videri, ut hoc consilium relinqueretur, Pontificiam enim simul & Regiam auctoritatem ad coercendos refractarios sufficere: eapropter sibi fir-

firmum fixumque esse, Regi binas transmittere literas, in quarum primis Cardinalem Noaillium, si in sua pervicacia persisteret, Purpura mox exutum iri, ac postea Canonum severitate plectendum minitaretur, in altera vero, quæ tamen eidem duntaxat a Rege tradenda foret, si submissionem polliceretur, Papa illum duntaxat paterno affectu sine minis ad humilem submissionem adhortaretur. Hoc Pontificis consilium placuit Fabronio Cardinali, qui Papam insuper eo adducebat, ut in secunda hac epistola quasdam insereret Bullæ explicationes; hac enim ratione certius a Noaillio ultroneam submissionem expectari posse, ajebat: Sequebatur equidem Pontifex hoc Fabronii consilium, quod tamen postea præter intentionem magnis juxta ac diuturnis altercationibus ansam præbuit: Hac de re Amelotus Philopaldum Presbyterum Congregationis S. Lazari tunc Romæ agentem clam certiorem reddidit, qui ob veterem cum Noaillio amicitiam eidem suasit, ut mitiores Papæ literas vere paternas in rem suam vertens, has ipsas literas suæ epistolæ Pastorali præfigeret, & ex explicationibus in Pontificis epistola contentis ipsus Constitutionem explicaret, ac denique suis propriis explicationibus, ac si eæ in ipsa Pontificis

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

epistola fuissent implicite contentæ, instructioni Pastorali insertis, Constitutionem acceptaret.

§. IV.

Benignior summi Pontificis epistola ad Cardinalem Noaillium Parisiensem Archiepiscopum.

Epist. Clem. XI. p. 2055.

Clandestinas hasce artes penitus ignorabat Pontifex, qui etiam jamjam suo Nuntio utramque epistolam submisit, eidem tamen præcipiens, ut epistolas, qua paterne ad submissionem invitabat, Noaillio minime redderet, nisi de ejus subjectione certa spes foret: Mitioris autem epistolæ die vigesima sexta Februarii datæ tenor erat sequens.

„Charitas Christi, quam commisso „Nobis universo gregi Dominico de„bemus impendere, urget Nos, ut er„ga eos potissimum, qui in Templo Dei „super candelabrum positi, veluti lu„minaria Majora præfulgent, Pastoralis „nostræ sollicitudinis studium conver„tamus, ut nihil in eorum actibus mi„nus congruum, aut forte inordina„tum appareat, quod cæteris Christi„fidelibus offendiculo esse, aut a prava „sentientibus trahi quodammodo possit „ad iniquitatis exemplum. Cum igi„tur, dilecte Fili Noster, circumspe„ctio-

„ctionem tuam, quam in humiliter ſu- Sæc. XVIII.
„ſcipienda, tuisque populis commen- A. C. 1715.
„danda conſtitutione noſtra, quam ad-
„verſus plurima malæ doctrinæ capita
„nuper edidimus, ceteris Gallicanis
„Epiſcopis præire omnino par fuerat,
„cunctari adhuc, atque hærere vide-
„rimus, doluimus ſane non parum,
„quod id non modo Apoſtolicæ Sedis
„Authoritati, verum etiam honori ac
„dignitati tuæ apud æquos omnes re-
„rum æſtimatores graviter afficere vi-
„deretur. Expectare tamen hucusque
„maluimus, ut tuamet ipſe pietate
„ductus, prudentia admonitus, officio
„extimulatus, quod optabamus, im-
„pleres. Quia vero rem iſtam, quæ
„maxime Nobis, & merito cordi eſt,
„nimis jam longe protractam amplius
„differri non decet, divini prius lumi-
„nis implorato præſidio, & Evange-
„licæ Nobis præceptionis norma pro-
„poſita: *qui major eſt in vobis fiat ſicut*
„*minor:* ſtatuimus charitate potius,
„quam poteſtate tecum agere, teque,
„renitentem licet, noſtris ultro literis
„convenire, utque ad Nos filialis obe-
„dientiæ paſſibus redeas, exhibere tibi
„paternæ dilectionis occurſum. Habet
„enim vim ſuam charitas, cujus vin-
„culo trahi te, Nobisque prorſus ob-
„ſtringi cupimus, Deoque authore,

„con-

Sæc. XVIII. A. C. 1715. „confidimus, cogita, quæso, dilecte Fili „Noster, ac sedula Tecum mente re„volve, quid porro ex ista contentione „tua apud Deum, hominesque profi„cias; quo in argumento versari diu„tius nolumus, ut non tristitiam super „tristitiam habeas; neque enim Te „modo corripere intendimus, sed lu„crari. Tuomet igitur Te judicio in „præsentia sistimus, utque omni ter„rena affectione sepositа causſam tuam „ante Deum; qui scrutatur renes, & „corda, æquo pacatoque animo tecum „ipse agere, atque expedire velis, ve„hementer hortamur. Perspicies pro„fecto, quam grave sit, & a per„petua Majorum nostrorum consuetu„dine absonum, summo Ecclesiæ sacer„doti Christi nomine, cujus vices, li„cet immeritus, gerit in terris, uni„versis toto orbe fidelibus præcipienti „palam obsisti, & publicam Catholicæ „Ecclesiæ pacem paucorum Episcopo„rum dissensione turbari: videbis, & „plane dignosces, quo demum agan„tur spiritu & quo tandem colorata illa „Zeli & Disciplinæ severioris ostenta„tione colliment, qui Apostolicæ nostræ „constitutioni contradicunt, ejusque „Decreta carpunt, vanisque penitus, „atque ab eadem nostra Constitutione, „illius-

„illiusque toto, & quidem satis aperto Sæc. XVIII.
„tenore prorsus alienis, quin etiam A. C. 1715.
„studiose superinductis, vel potius ad
„rem involvendam maligne affictis diffi-
„cultatibus, & quæstionibus temere
„cavillantur: qui scripta quotidie, li-
„bellosque, quorum jam non est nu-
„merus, in vulgus spargunt, ea plane
„audacia, & amaritudine undequaque
„refertos, ut nec Deum timere, nec
„homines revereri videantur. Hi porro
„dilecte Fili noster, sunt, qui te laudi-
„bus ad cælum efferunt, tuamque su-
„scipiendis Apostolicis definitionibus
„repugnantiam glorioſa constantiæ sa-
„cerdotalis appellatione deprædicant,
„quodque inviti quidem, atque gemen-
„tes dicere cogimur, cum tacere pror-
„sus, Zelo Dei Nos urente, non va-
„leamus, ipsimet Eterodoxi cum pri-
„vatis literis, quas ipsimet oculis no-
„stris aspeximus, tum publice editis
„libris, Tibi, tecumque sentientibus
„mirifice plaudunt, & gratulantur, ac
„falso quidem, & per summam teme-
„ritatem vos omnes sibi prope jam con-
„sentire gloriantur. Ingemiscimus pro-
„fecto ista videntes, teque, dilecte
„Fili noster, quæ nostra de eximia pie-
„tate tua opinio est, Nobiscum inge-
„miscere non ambigimus, quare ergo
„non exurgis Nobiscum adversus aper-

„tos

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„tos Eccleſiæ hoſtes, qui exprobrant „agminibus populi Dei? quare occul„tos, qui acuerunt linguas ſuas, ſicut „ſerpentis, eorumque nefaria ſcripta „aperte non deteſtaris, quare demum „inſidiantium fidei tuæ, qui maxime „timendi ſunt, ingeſta Tibi ſub falſa „amicitiæ ſimulatione conſilia non re„pellis, laudes non averſaris? neque „enim fruſtra ſcriptum eſt, *& conſilia„rio ſerva animam tuam, ne forte mittat „ſudem in terram, & dicat tibi, bona eſt „via tua, & ſtet e contrario videre quid „tibi eveniat*: id totum in manu tua eſt, „dilecte Fili Noſter, ſi ſcilicet Apoſto„licæ noſtræ conſtitutioni ſincera ac „ſimplici ſuſceptione te ſubjicias, eam„que in commiſſa tibi Diæceſi omnino „ſervari procures, poſtulat hoc a te „recens omnium pene per Galliam Fra„trum tuorum, imo & aliarum quoque „Nationum exemplum. Poſtulat ipſius „Eccleſiæ tuæ, quæ in beati Petri fide „& Apoſtolicæ Sedis adhæſione ſemper „excelluit, Pax, & tranquillitas. Po„ſtulat, ac plane exigit eximia illa „chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri Lu„dovici Francorum Regis Chriſtianiſ„ſimi pietas, in cujus corde tantum „Religionis Zelum miſeratio Divina „conſtituit, ut eam univerſis Regni ne„gotiis anteponat. Poſtulat demum

„vel

„vel ipsa tua ampliſſima Cardinalatus Sæc. XVIII.
„Dignitas, qua Sedes Apoſtolica te A. C. 1715.
„ornavit, ſibique non beneficii modo,
„ſed & ſolemnis jurisjurandi vinculo
„magis obſtrinxit, atque una cum om-
„nibus aliis venerabilibus Fratribus
„noſtris S. R. E. Cardinalibus ad omni-
„modam Nobiscum in eodem ſenſu, ac
„ſententia convenientiam & unitatem
„invitat, revocat, & ſuo quodam jure
„repetit, atque compellat. Ne igitur,
„Dilecte Fili Noſter, paternum noſtrum,
„tuumque amantiſſimum cor triſtari
„diutius, nec Regis Chriſtianiſſimi ju-
„ſtiſſimam voluntatem fruſtari ulterius,
„nec demum inclytam Gallicanam Na-
„tionem, quam tanto labore, invicta-
„que fortitudine, ac immortali ſui no-
„minis gloria idem Rex Chriſtianiſſimus
„in Religionis unitate expulſis, qui
„eam miſere dilacerabant, ſervare cu-
„ravit, ac plane obtinuit, iterum, quod
„porro abſit, in funeſtæ diviſionis pe-
„riculum adduci, aliquando patiaris,
„ſic te feliciter præeunte pauci illi, qui
„te, ſi non impellente, te comitante
„ſaltem, a ceteris receſſerunt, unitati
„priſtinæ reſtituti, quem ducem ſecuti
„ſunt, Te ducem ſubſequentur, atque
„ea, quæ per univerſum mundum ſem-
„per inclaruit, Gallicanæ Eccleſiæ er-
„ga beatum Petrum, & Sedem Apo-
„ſtoli-

Sæc. XVIII. A. C. 1715. „ſtolicam obſervantia felicius effulgente „non minus, Nos, quam Rex præfa„tus Chriſtianiſſimus, tota ſimul No„biscum exultante Gallia collætabimur, „& quod fuſtinuiſſe diſpendium de tar„ditate putavimus, de uberiori repe„riamus charitate compendium, ita „ut hac dilatione temporis non inter„rupta videatur, ſed enutrita dilectio. „Id vero, dum a Te ſolliciti quantocius „exſpectamus, Apoſtolicam Benedictio„nem Tibi peramanter impertimur.„

Altera epiſtola eodem die data, quæ *ſeverior* dicebatur, Pontifex præprimis gravibus oppido verbis Epiſcopis recuſantibus ac præcipue Noaillio ſcandala & tumultus ex eorum pertinacia exortos exprobrabat, cui demum auctoritate Dei, & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna exauctorationis ſolo facto incurrendæ præcepit, ut intra quindecim dierum ſpatium pure & ſimpliciter, ſine reſtrictione, modificatione aut explicatione Conſtitutionem acceptaret, & de obedientia mox Papam certiorem redderet: evoluto autem hoc termino Papa ulterius ſecundum Canonicas ſanctiones proceſſurus eſſet.

§. V.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. V.

Hi conatus ſuo effectu fruſtrati.

Interim vero Pontifex clandeſtina Philopaldi conſilia cum Noaillio Cardinale habita detexerat: quapropter eum intra viginti quatuor horas Romana urbe, mox tota ditione Pontificia excedere juſſit, fruſtra pro eo deprecantibus Tremollio Cardinale, & Ameloto Oratore, inſuper datis ad Nuntium literis eidem ſignificabat, quod de Ameloti integritate haud temere dubitaret, ac plane ſuſpicaretur, illum explicationes inſeri, non alio ex fine ſuaſiſſe, niſi ut Noaillio hac ratione ſubmiſſionem ſinceram eludendi viam oſtenderet, & gloriandi anſam præberet, perinde acſi tandem Papam ad explicandam ſuam Conſtitutionem adegiſſet: male autem, proſequebatur Pontifex, ſuæ cauſſæ conſuluit Amelotus; hoc enim ſtratagemate ſibimetipſi Nationalis Concilii, quod tamen *ſuæ legationis ſumma erat, ſpem præcidit:* Enimvero ipſemet Amelotus ſegniter admodum ejusmodi Concilii ſucceſſum urgebat, ſpe freras, ſuis conſiliis & tam Noaillii docilitati, quam Pontificis epiſtola paternis verbis concepta, hoc diſſidium majori cum honore. & ſine Noaillii

Sæc. XVIII. A. C. 1715. dedecore diremptum iri. Has vero Papæ literas Bentivollius Nuntius Apoſtolicus die vigeſima ſecunda Aprilis receperat, totoque negotio cum Cardinale Rohanio in deliberationem vocato, Regi binas literas Noaillio tradendas exhibuit. Rex vero Nationalis Synodi conſilium evanuiſſe dolens, utriusque epiſtolæ tranſumptum ſibi conſignari petiit, ac prius epiſtolam benigniorem Noaillio tradere conſtituit, ne hic acerbioribus literis exaſperatus, omnem concordiæ viam excluderet. Ejusdem quoque ſententiæ erat Cardinalis Rohanius, ne tamen Pontificem offenderet, ſuppreſſa utraque Pontificis epiſtola potius Nationalis Concilii in Galliis celebrandi conſilium, totis viribus urgendum cenſuit, eoquod in eo præprimis acceptatio Conſtitutionis jam facta firmius ſtabiliri, atque Epiſcopis refractariis debita ſubmiſſio auctoritate legitima præcipi poſſet, & ſi hi Bullæ explicationem pertinacius petituri eſſent, hæc ab ipſo Concilio fieri poſſet, ſi tamen hi Præſules in ſua pervicacia immori pergerent, ipſis etiam invitis Bulla in eorum Diæceſibus promulgari, ejusque obſervantia præcipi, & demum hi Paſtores, ne gregem ſuum inficiant, expelli poſſent. Eo fine Rohanius ad Cle-

Clementem Papam literas dedit, in quibus expoſuit difficultates, quæ, ſi binæ Pontificis epiſtolæ Noaillio traderentur, timendæ forent. Attamen Pontifex Bentivollio Nuntio ſuo ſcriptum, cui titulus *Conſiderationes pacificæ*, transmiſit, cunctasque difficultates diſſolvit, datisque ad Regem literis eidem expoſuit, tam gravibus, & vix ſuperandis oppoſitionibus ejusmodi Concilium in Galliis habendum, non modo apud Romanos, ſed ipſos etiam Gallos obnoxium fore, ut ipſemet Amelotus ejusmodi Concilio ſeſe ſæpius oppoſuiſſet, & Philopaldi ſententiæ unice ideo adhæſerit, ut Synodi celebrationem præpediret: Hæ tamen rationes Regis animum adeo non expugnabant, ut potius Ameloto præciperet, quatenus celebrandæ Synodi negotium omni contentione urgeret. E contrario Pontifex cenſuit, Noaillium absdubio conjunctis Pontificiæ & Regiæ auctoritatis viribus ad puram & ſimplicem Conſtitutionis acceptationem compelli poſſe, hacque ex cauſſa eidem Epiſtolam Pontificiam comminationibus aſperam præprimis eſſe tradendam, cenſuit, datisque rurſus literis Regem obſecravit, ut ſuæ petitioni de habendo Concilio haud ultra inſiſtere velit; verebatur enim Pontifex, ne

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

Concilii Patres alias difficultates ad exasperandos potius quam sanandos animos aptas discuterent, & Episcoporum opponentium importunitate devicti novos Pontificia decreta acceptandi modos invehere molirentur; nec immerito etiam timebat Pontifex, ne iidem Episcopi Constitutionem sub obtentu, quod illa sentiendi libertatem in Scholis permissam impugnet, Theologorum opiniones pro fidei doctrinis venditarent, & ab ipsa Nationalis hujus Synodi sententia ad futurum Concilium Generale provocarent: aliunde vero longissimi temporis mora insumeretur, quin adhuc de præliminaribus ad Concilium articulis, scilicet de Legatis, Primatum prærogativa, Sessionum numero, materiis discutiendis &c. inter Præsules conventum esset. Verum Rex, ut hunc timorem ex Pontificis animo depelleret, eundem certiorem reddi jussit, quod sacræ Sedis honor per ejusmodi Concilium in tuto collocaretur, ac ipsemet Rex obversantes difficultates sua auctoritate tollendo par esset, nec etiam de acceptantium Episcoporum numero, fidelitate & obsequendi studio dubitandum foret; Pontifici autem integrum esset, pro suo arbitrio Legatum etiam natione Italium in Franciam decernere, Sessionum

nume-

numerum, & materiam præſcribere, atque in Concilii decretis fors Pontifici minus probanda rejicere. Non deerant ex Gallis alii, qui Pontifici proponerent, quod ſi ejusmodi Concilium haberi non permitteretur, ad veterum Franciæ Regum præcipue Henrici II Caroli IX. Henrici IV. exempla, Rex, propria ſua auctoritate Concilium Nationale indicendi jus ſibi competere, haud ignoraret, prout non ita pridem Clerus Gallicanus ab eodem Rege Ludovico XIV. Anno 1681. Nationalem Synodum convocari poſtulaſſet: His territus Pontifex annuit, ut Rex Noaillio literas, quibus eum Pontifex paterne ad ſubjectionem hortabatur, tradere poſſet, dummodo prius de ejusdem ſubmiſſione firmam ſpem haberet. Hanc Pontificis voluntatem Nuntius Apoſtolicus Regi manifeſtabat, qui tamen de proſpero hujus paternæ epiſtolæ ſucceſſu ſubdubitans, prius, an non aſperior Pontificis epiſtola, quicquam Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus contrarium contineret, diſcuti præcepit: Carpebantur primo hæc verba: *pure & ſimpliciter;* Epiſcopi enim opponentes ejusmodi acceptatione ſe non jam fidei Judices, ſed meros Conſtitutionum Apoſtolicarum executores fore cauſſabantur. II. Hæc verba *ſine explicatio-* Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII A. C. 1715

cationibus, offensioni obnoxia videbantur; cum enim Papa acceptantium Episcoporum explicationes in eorum Instructione Pastorali contentas, ratas habuerit, eas Noaillio interdici haud posse, credebatur. III. Displicuere hæc verba *sine relatione*, cum necessaria inter Bullam, quæ recipitur, & recipientis sensum relatio sit. Hæc igitur verba deleri, & hæc verba: *sine ulla explicatione, restrictione aut modificatione* subrogari Rex per Amelotum a Pontifice petiit; institit quoque, ut Paternas, tenerasque Papæ literas præprimis Noaillio per Regium Procuratorem consignare posset, *ut si hic*, inquiebat Rex, *iis flecti nollet, illum auctoritate mea ad subjectionem compellere possem, & Nuntius eidem asperiores literas tradere valeret.* Insuper Pontifici rescripsit, quod si Noaillius in sua pervicacia post tot paterna monita perstiturus esset, evoluto quindecim dierum termino ipsemet Rex eidem declaraturus sit, eum dignitate Cardinalitia excidisse, proin aut sese quadraginta Episcopis acceptantibus conformaret, aut ipse ceterique opponentes coram Synodo, non ut Judices sed ut rei de sua repugnantia rationem reddituri, comparere tenerentur: Ut ergo continuata pervicacia ad ceterorum quoque opponentium exauctorationem procedi posset,

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

posset, prius Pontifex eis plenam submissionem datis ad eos literis præciperet. Denique Rex Papam rogabat, ut ejusmodi Concilium haberi, illudque vel per Legatos, vel per ipsum Regem convocari permitteret, ac Purpuram, qua Noaillius spoliaretur, Meldensi Episcopo concedere & Noaillium fors ad pœnitentiam reductum rursus Cardinalium Collegio adscribere vellet. Amelotus die decima septima Augusti demandatum sibi hoc negotium proposuit Pontifici, qui eidem respondit, se quidem ad importunas Regis preces Concilii celebrationi annuere, petere tameu, ut prius omnia Sedis Apostolicæ auctoritati contraria removerentur, velle etiam, ut cuilibet ex opponentibus per singulare Breve submissio præciperetur, se in hoc ipsius Regis exemplum sequi, qui eis inhibuit, ne epistolam omnibus communem, sed quilibet *specialem* suo nomine Romam mitterent, ne in Clero *corpus* facere viderentur. Hoc Pontificis responsum Amelotus ad Regem perscripsit, ejusdem desuper sententiam præstolaturus.

[*Vid. supra pag.* 618.]

§. VI.

Continuata Cardinalis Noaillii pervicacia.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Interim Philopaldus nil intentatum reliquit, ut Cardinalem Noaillium ad revocandum ſuum mandatum anno priori die vigeſima quinta Februarii editum permoveret, hancque in rem eidem propoſuit, id ſine ſui honoris diſpendio facile fieri poſſe, ipſam enim Conſtitutionis acceptationem fore tacitam revocationem, aliunde vero eum ſuis literis opportune inſerere poſſe, ſe eo libentius ſuum mandatum revocare, quo gravior ſibi accideret Pontificis offenſio. cum tamen non alio ex fine hoc mandatum vulgaſſet, niſi ut ejus Conſtitutio cum majore veneratione reciperetur. Die etiam vigeſima octava Julii Biſſyus Meldenſis Epiſcopus, qui die vigeſima nona Maij Romana Purpura decoratus erat, Noaillium acceſſit, ultimum perrumpendæ pervicaciæ arietem admoturus. Hic ergo Cardinali expoſuit, ad tollenda Eccleſiæ Gallicanæ mala nil aptius, nilque proximius eſſe, quam Concilium Nationale cujus ſententia absdubio ſat funeſta foret Noaillio: His dictis Byſſius eidem Papæ literas, quibus Bullæ acceptatio interminatis etiam exauctorationis pœnis eidem injuncta erat, exhibuit: ad hæc vero Noaillius repoſuit, *paratus ſum & non ſum turbatus; hæc ipſa*, repoſuit Byſſius, *animi tui malacia*

Lafiteau l. c. pag 105. *Dorſann. Journal t.* I. p. 203.

inter

inter furentes ſævæ tempeſtatis procellas capiti tuo imminentes nil boni præſagire videtur: loquentem excepit Noaillius dicens: *tolerare cogor, quæ impedire nequeo, ſcias autem, quod ſi relatio, quam de actis circa Conſtitutionem Regi reddere juſſi eſtis, veritati conſentanea non erit, reſponſum vulgaturus ſim ſors tibi oppido moleſtum; ad id pro tua prudentia ne me compellas velim; quam grave enim ſcandalum fidelium, acerrima Epiſcoporum inter ſe contentio!* Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. VII.

Firmum Franciæ Regis propoſitum de plectendis refractariis Epiſcopis.

Poſtquam Ludovicus XIV. Galliarum Rex iterato experientiæ documento didicerat, ſua indulgentia, & Pontificis fluctuatione tam Noaillium Cardinalem, quam ceteros Epiſcopos opponentes magis indies in ſua pervicacia obdureſcere, hinc firmum deliberatumque habuit, Noaillii cauſſam proximi Concilii judicio decidendam committere. Eapropter non modo Pontificis conſenſum pro celebrando hoc Concilio impenſius ſollicitavit, ſed etiam eidem pollicitus eſt, quod ejus Bullam, qua Epiſcopi opponentes in-

Dorſanne Journal pag. 207. Act. publ. Conſt. p. 185. Mem. Hiſt. & Politiq. Sep. 319. Nov. 536.

Sæc. XVIII. A. C. 1715. terminatis etiam pœnis ad acceptandam Bullam poſtremo adigerentur, ante Concilii initium executioni mandare velit, ſique præfati Præſules adhucdum ſeſe ſubmittere recuſaturi eſſent, tanquam rei in Concilio plectendi forent: Verum Pontifex denuo deliberandi ſpatium ſibi concedi petiit, interea vero opponentes rem ſerio agi animadvertentes, atque in Concilio cauſſa ſua cadere veriti, impendens exitium prævertendi media ſollicite quærebant: e contrario autem acceptantes Epiſcopi fauſtum futuri Concilii ſucceſſum ex hac ipſa opponentium conſternatione ſibi pollicebantur, datisque ad Papam literis ipſum ad urgendam Regiæ voluntatis executionem ſtimulabant: Inſuper Rex Pontificis tergiverſationes ferendo impar, Rohanio Cardinali negotium dedit, ut cum Commiſſariis nuper in Pariſino Conventu ſelectis de opportunis celebrandi Concilii mediis deliberaret: Una erat omnium vox, ſententia, miraque voluntatum conſenſio; unanimi igitur ſuffragio concluſum, opponentes Epiſcopos jure a Concilio excludendos eſſe; ſolus tamen Bezonius Burdegalenſis Archiepiſcopus executionem morabatur; quamvis enim, ajebat ipſe, ex actis authenticis publico

blico prælo vulgatis Bullam *Unigenitus* a potiſſimis Regni Epiſcopis acceptatam fuiſſe, tam luculenter conſtaret, ut nullus ignorantiam obtendere valeret, nondum tamen authentica hujus acceptationis notitia Epiſcopis opponentibus fuiſſet communicata: ne ergo hi ob omiſſam hujus notitiæ ſolemnitatem reclamandi anſam arriperent curandum foret, quatenus per Regiam declarationem cunctis refractariis Epiſcopis, ut ſeſe ceteris majoris numeri Præſulibus conformarent, injungeretur, omnesque Parlamentorum Præſides mandata Præſulum illorum, qui in ſuis Provinciis præfatam Bullam acceptarunt, cunctis Epiſcopis exhiberent: Equidem hæc declaratio data eſt die decima ſexta Julii, quominus tamen ad Parlamenti tabulas referretur, reſtitere omni virium contentione Regii Senatores, cauſſati, hanc Bullam nondum in *Eccleſia* vim legis obtinuiſſe, proin nec in *Regno* legis auctoritatem conſequi poſſe, prius igitur aliquot annorum decurſum eſſe expectandum, donec de tacito totius Eccleſiæ conſenſu judicari poſſit, nihilominus Rex, urgente Cancellario tam firmiter ſuo inſtitit propoſito, ut ipſus Parlamenti Curiam accedere, eique præcipere ſtatueret, ut ſuam declarationem ad acta referret, firmi-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715. firmiter enim sibi persuasum habebat, quod Parlamentum hac repugnantia nonnisi Regis jussa eludere niteretur, præcipue cum olim iidem Senatores Regii, quamprimum Feneloni Cameracensis Archiepiscopi librum Romæ confixum compererant, huic censuræ sine ulla tergiversatione, aut ejusmodi difficultatum oppositione adhæsissent, *adhæremus*, inquiebant, *huic doctrinæ adeo puræ, quam Caput Ecclesiæ, S. Petri Successor, & Christi Domini Vicarius, ac communis fidelium Pater sua decisione confirmavit.*

Verum infausta, & toti Ecclesiæ infesta Ludovici Regis mors cunctis adeo salutaribus consiliis remoram posuit, & Quesnelliſtis deposita Jansenniani Phantasmatis larva, sub qua sese occultabant, aperta fronte Ecclesiam insectandi libertatem reddidit. Haud tamen injucundum erit erudito Lectori, si adjunxero ipsam Ludovici XIV. Franciæ Regis declarationem, quam contra Episcopos opponentes, si rebus supervixisset, promulgare constituit: Erat autem hujus tenoris:

„Fidei puritatem in nostris Regnis „illibatam servandi sollicitudo semper „inter prima officii nostri debita repo„suimus, nec unquam uberiore solatio „repleti fuimus, quam si Divina Pro„viden-

„videntia mihi Zelum meum, piasque „voluntates exequendi occasionem sup- „peditavit.„ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„Exortæ fuerunt graves altercatio- „nes circa Reflexionum moralium li- „brum, his vero ut remedium oppo- „namus, sacræ Sedis judicium expeti- „vimus, & Sanctitas sua in urgenti „hac Regni nostri necessitate per Bul- „lam *Unigenitus*, suam transmisit deci- „sionem, quæ etiam Mense Februario „Anni 1714. a numeroso Cardinalium, „Archiepiscoporum & Episcoporum tunc „in variis Diæcesium suarum causis „apud nos agentium, & hanc in rem „jussu nostro jam Mense Octobri con- „vocatorum conventu acceptata fuit. „Eapropter visa hac approbatione, „prout in ejusmodi negotiis, Regni „consuetudo fert, Regias nostras lite- „ras expedivimus, injungentes, ut „præfata Bulla ad acta referretur, ea- „que in omnibus nostris Provinciis & „ditionibus nostro Imperio subjectis ple- „ne secundum ejus formam & teno- „rem executioni daretur.„

„Hujus Conventus, cujus decisio- „nes omni veneratione dignæ sunt, sen- „tentiam non modo omnes ferme Gal- „liarum Episcopi, sed etiam omnes Ca- „tholici Præsules unanimi consensu „amplexati sunt, unde non sine sin- „gulari

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„gulari Dei Apoſtolicam deciſionem „comprobantis providentia factum eſſe „videtur, quod hæc Conſtitutio non „ſimpliciter tacito conſenſu, uti circa „Bullas contra Bajum & Molinoſium „editas contigit, ſed authenticis & ſo„lemnibus monumentis a plurimis to„tius Europæ Epiſcopis reciperetur.„

„Hac ipſa, eaque communi Paſto„rum cum ſuo Capite unitorum con„ſenſione cor noſtrum pleno abundaſſet „gaudio, niſi infauſto prorſus fato qui„dam noſtri Regni Præſules a com„muni ſemita deviaſſent, & horum ali„qui mandata ſacræ Sedi, & Franciæ „Clero injurioſa divulgaſſent, alii vero „acceptationi a præfato Conventu fa„ctæ ſeſe conformare detrectaſſent: Hi „in ſuæ repugnantiæ defenſionem ca„ptioſa ſupterfugia, confictas aut fri„volas conſcientiæ anxietates excogi„tarunt, eo duntaxat conſilio, ut li„brum damnatasque propoſitiones a „cenſuris vindicarent, Bullam ipſam „ſuo robore deſtituerent, & illius ac„ceptationem tanquam minus legitime „factam traducerent, proin totum Pa„ſtorum Corpus de injuſtitia poſtu„larent.„

„Cum ergo ſchisma & diſſenſionem „præpedire, Eccleſiæ pacem procu„rare, & Sacra Decreta defendere ob„ſtricti

„ſtricti ſimus, fors horum audaciam Sæc. XVIII.
„non minus religioni noxiam, quam A. C. 1715.
„Novatoribus propitiam jam in ſuis
„incunabulis, præfocare debuiſſemus,
„hucusque tamen nonniſi patientiæ ar-
„mis pugnavimus, ſemper ſperantes, quod
„paterna Vicarii Chriſti Domini mo-
„nita, noſtræ clementia plenæ adhor-
„tationes, omnium Paſtorum exem-
„pla, Eccleſiæ ſacræque Sedis au-
„ctoritas, necnon biennii ferme ſpa-
„tium ad deliberationem indultum tan-
„dem a veritate devios ad rectam ſe-
„mitam ſint revocatura, & ii, quos
„proprii judicii pertinacia obcæcavit,
„ſaltem Eccleſiæ judicio aquieturi ſint.„

„Quamvis autem nos eorum per-
„vicacia ſpe noſtra fruſtrarit, non ta-
„men noſtræ, qua uſi hucusque ſu-
„mus, moderationis & patientiæ nos
„pœnituit: nunc vero indulgentiæ no-
„ſtræ limites ponere cogimur, nec ultra
„diſſimulandum cenſemus, ne vulnera
„Eccleſiæ inflicta nobis imputentur,
„ſi remediis in ejusmodi cauſſa per
„S. Canones præſcriptis plagam ſanare
„negligeremus.„

„Ut tamen adhuc clementiæ no-
„ſtræ poſtremos conatus adhibeamus,
„& ultimum arietem Præſulum cordi-
„bus admoveamus, nil aliud ab eis
„petentes, niſi ut ſeſe Paſtorum Cor-

„pori

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„pori conforment, ſtatuimus, eis, prius-
„quam illos Legum Canonicarum ſe-
„veritati tradamus, diſtricte præcipere,
„ut ad exemplum centum ferme &
„viginti Regni noſtri Præſulum pariter
„Bullam *Unigenitus* acceptent, ſi vero
„in ſua pervicacia perſtiterint, eis-
„dem declaramus, nos ſine ulla mora
„remedia uſu, ac legibus Eccleſiaſticis
„comprobata oppoſituros.„

Hanc ob cauſſam Cardinalibus,
„Archiepiſcopis & Franciæ Epiſcopis,
„qui Conſtitutionem *Unigenitus* vel non-
„dum acceptarunt, vel in ſuis Diæce-
„ſibus promulgare neglexerunt, aut
„illam quidem receperunt, ſed non-
„niſi per ſimulatam acceptationem,
„quæ reipſa Conſtitutioni & ceteto-
„rum Paſtorum acceptationi contraria,
„& adeo oppoſita eſt, ut ſi toleraretur,
„certo ſchismati & inter Epiſcopos diſ-
„ſenſioni viam aperiret, hos igitur hor-
„tamur. ſimulque eis injungimus, ut
„præfatam Conſtitutionem recipiant
„conformiter ad acceptationis acta in
„Cardinalium, Archiepiſcoporum no-
„ſtrique Regni Epiſcoporum conventu
„concepta & approbata, & ab omnibus
„ferme ceteris Archiepiſcopis atque
„Epiſcopis ab hoc Conventu abſenti-
„bus adoptata: Præcipimus, ut di-
„ctam Conſtitutionem in omnibus ſua-
„rum

„rum Diæceſium Eccleſiis prælegi & „promulgari curent, & ſui Officii ta- „bulis inſeri jubeant . . . ſecus con- „tra eos Cardinales, Archiepiſcopos „& Epiſcopos, qui præfatam Bullam „acceptare recuſaverint, ac intra præ- „fixum quindecim dierum in forma „præſcripta eam prælegi, ac promul- „gari neglexerint ſecundum omnem ri- „gorem a S. Canonibus præſcriptum „eſſe procedendum &c.„ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Præterea inter ſcripta Chauvelini Generalis Advocati reperiebatur P. Tellieri epiſtola die ſecunda Aprilis ad eundem data, in qua hæc legebantur: „Severiſſimum edictum vix „non jam eſt confectum, ipſemet Rex „adibit Parlamentum, & die vigeſima „Auguſti amoto Procuratore Generali „ſubrogabit Te, atque ad tuam petitio- „nem Rex ſuam ſententiam ad acta „referri poſtulabit; Regiæ etiam literæ, „quibus Cardinalis Noaillius compre- „hendi jubebitur, jam ſunt paratæ, ipſe „valido milite ſtipatus ad arcem *petræ* „*inciſæ* raptabitur, everſo hoc idolo, „nil ultra timendum &c.„

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. VIII.

Ludovici XIV. Galliarum Regis obitus.

Mem. hiſt. & Chronol. Larey t. 3. pag 889. Limiers t. 3. pag. 636.

Eo temporis articulo, quo Ludovici Regis ſtudium in extirpanda Janſenii ſecta magis efferveſcebat, converſo fatorum ordine ultima ejusdem vitæ dies tam ſtrenuum Religionis defenſorem Eccleſiæ, terrisque eripuit. Jam die decima Auguſti tanta virium debilitate, corporisque tenuitate obruebatur, ut veſpere in ſuo cubiculo ægre ſolus pro more ad ſuum cubitale precarium procedere poſſet. Biduo poſt vires ſolutis nervis extra modum diffluebant, omnesque circumſtantes demiſſo vultu, & triſti mutuo ſeſe contuentes ſilentio ferale fatum præſagiebant. Comperto Regis periculo Noaillius Cardinalis ac Pariſienſis Archiepiſcopus, qui jam dudum Aula interdictus erat, datis ad Mentenoniam Regis uxorem literis die decima nona Auguſti petebat, ut ad Aulam venire, Regique poſtrema Paſtoris officia impendere permitteretur: Verum nullo alio dignabatur reſponſo, niſi ut pro Regis ſalute preces funderet: inſtabat rurſus, petebatque, ut publicas in Urbe preces indicere ſibi liceret, quod eidem tan-

tandem indultum est. Cum vero Rex de Ecclesiæ & Regni rebus cum Cancellario conferret, ita animi sensu captus erat, ut exanimi similis corrueret, resumpto tamen spiritu die vigesima quarta Augusti accersito P. Telliero Confessario suo, vitæ noxas salutari confessione delevit, ac paulopost a Cardinale Rohanio moriturientium Sacramentis muniri petiit: biduo post a Mentenonia monitus, an non Noaillium Cardinalem accersiri peteret, respondit, *eum videre aveo; nollem enim mori ab eo alienatus*, percepto hoc Regis responso adstantes, quid hac in re agendum, ex Rohanio & Bissyo Cardinalibus, atque Patre Telliero scisciantur, mox vero hic Regem accedens dixit, *si Vestra Majestas Noaillium admittit, quin ipse Constitutionem prius sincere acceptaverit, timendum, ne suam Majestatem ante obitum suum hucusque gestorum pœnituisse spargatur*: nunquam, respondit Rex, *inimicus fui ejus personæ, sed caussæ; hæc Cancellarius mea ex parte eidem rescribat.* Igitur hic ad Regis jussa Noaillio significavit, ejus præsentiam Regi gratam fore, dummodo Constitutionem sincere acceptare, suamque Instructionem Pastoralem corrigere, eamque separatim ab acceptationis instrumento edere velit. Acceptis Cancellarii literis Noail-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII A. C. 1715.

lius respondit, se ad Regis obsequium cuncta, excepta tamen sua conscientia, litare paratum esse. Hoc Cardinalis responsum Abbas Broglius in pleno Cleri Gallicani confessu prælegit, moxque Cabilonensis Antistes indignabundus exclamavit: *Quia Noaillius Cardinalis Regem ante mortem suam invisere respuit, unaomnes decernamus, neque nos unquam Cardinalem hunc visuros.* Eadem die Tellierus Regem iterato urgebat, ut Aurelianensem Ducem & Parlamentum literis suo chirographo munitis obstringeret, quatenus Constitutionis Pontificiæ caussam omni contentione urgerent, id tamen facere renuit Rex, qui indies ingravescente in dextero pede gangræna immodicis cruciabatur doloribus, atque intolerabilem exhalabat fætorem: nihilominus usque ad extremum vitæ halitum præsentis animi serenitate usus, cunctos utriusque sexus Principes, ac præcipue Borbonium Ducem & Contium Principem ad sequenda Majorum suorum vestigia incitabat: Præprimis vero Pronepotem suum Regni Successorem ad se accersivit, *Fili mi*, inquit, *Magni Regis honor Te exspectat, bellicosam indolem meam ne sequere, cole pacem cum Vicinis, redde Deo, quæ sunt Dei, ejusque cultum promove apud subditos tuos,*

sequere

ſequere ſemper ſana aliorum conſilia, ſubleva populos tuos, quos ego exigente belli neceſſitate oppreſſi. Poſtea ad Aurelianenſem Ducem converſus dixit: *En! coram habes duos Reges, unus ad tumulum deſcendit, alter e cunis thronum conſcendit, mei memoriam, & hujus amorem & veenerationem impenſe Tibi commendo*: His dictis unice de animæ ſuæ ſalute cum Rohanio & Biſſyo Cardinalibus agens, in voluntatem Dei ſolius vitæ mortisque arbitri ſeſe mira animi ſui tranquillitate commiſit, eodemque momento, quo ſceptra, palatia, trophæa, mundique illecebras ac ſplendores erant deſerenda, animum his omnibus majorem non modo oſtendit, ſed & ipſam etiam inſtantis mortis horam, nuntiumque tam intrepidus, tamque ſereno vultu excepit, quo olim Principum ac populorum gratulationes de reportatis victoriis, ac triumphis admiſerat. Tandem vero magnus hic Rex die prima Septembris poſt horam octavam matutinam æquali omnibus fato rebus humanis valedixit, poſtquam ſeptuaginta tribus annis ſceptrum moderabatur, & ſeptuageſimum ſeptimum ætatis ſuæ annum expleverat.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. IX.

Ejusdem Regis gesta & indoles.

Hode Hist. de Louis XIV. l. 65. pag. 276.

Tam varia & discrepantia de Ludovico Rege sunt Scriptorum judicia, ut ejus effigem justis coloribus exprimere, non adeo expediti laboris opus videatur; alii enim hunc Regem plus justo deprimunt, alii nimium extollunt. magni tamen Principis laudem nec ipsa etiam invidia Ludovico invidere potest; virtutem recepit a natura & gratia, vitia vero a fortuna & potentia: Primævo naturæ beneficio adeptus erat divinam penitus gravitatem, morumque Majestatem comitate conditam, exacta differendi facultate præstabat, & non minus ægre ferebat verbum extra ordinem suum positum, quam militem extra stationem suam: non equidem ea pollebat judicii felicitate, ut primo obtutu causæ merita assequeretur, hanc tamen tarditatem compensabat judicii soliditas, & communis sensus rectitudo: Fidelis erat legum custos, & scelerum vindex, severisque edictis Blasphemandi licentiam, & Duellantium furorem eliminabat: sinistros fortunæ casus ea animi moderatione excipiebat, qua secundos, nec unquam nisi invitus a nocentibus

pœnas

pœnas exegit, totoque diuturni sui Regiminis tempore ex suis Proceribus nonnisi unicum, eumque sua prosapia adeo indignum, ut nemo pro eo deprecari auderet, capitali supplicio mulctari jussit: Inter ipsa libidinum incendia Religionis studium in eo nunquam refrixit, sacrasque res omni cultu ac veneratione prosecutus, precibusque suis intentus, in Templis singulari modestia rei sacræ interfuit: vitia omnia insectabatur, præter ea, quæ virtutum umbra honestare consueverat, omnis impietatis osor, nonnisi aut vero aut simulato virtutum splendore claros sua dignabatur amicitia. Eminuit vero inter ceteras dotes fervido Religionis Catholicæ studio, quod a suis Majoribus hæreditario jure adeptum velut pretiosum Majestatis suæ depositum illibate conservare sategit: unde sicut Franciæ Regnum suorum Regum Maximum, ita Ecclesia potentissimum amisit Protectorem: inter præcipuas animi sui curas habuit, concordiam cum Sacra Sede conservandi, & hæreses extirpandi sollicitudinem; revocato enim Nannetensi edicto Calviniştas toto Regno eliminare conatus, illorum fanis funditus eversis, eorum conventicula proscripsit, Collegia destruxit, Prædicantes in exilium detrusit, cunctosque

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

Sectarios ad officium redegit. Janseniana etiam secta sub potenti tam religiosi Monarchæ dextera non uno lethali vulnere confecta penitus evanuisset, nisi præmatura nimis mors bene cæptorum successuum seriem interciderit: unde postremis etiam vitæ suæ horis coram Rohanio & Bissyo Cardinalibus testabatur, nil magis sibi dolere, quam Jansenismum extirpandi tempus sibi præripi: *Optaveram*, inquiebat, *Ecclesiæ turbas omnino extinctas videre, id autem Deus, pro cujus gloria omnia feci, non permisit: fors putabunt alii, me ex animo præoccupato, meamque auctoritatem latius protendendi studio egisse. Deum vero testor, quod si Episcoporum dissidia composuissem, id felicius perfecisset dextera Cælo magis accepta. Morior tanquam Catholicus, Apostolico-Romanus. Diu in Majorum meorum fide vixi, ac millies mori mallem, quam mentem meam in morte mutare: Defendite semper Ecclesiæ causam, id Deus vobis præcipit, id meæ memoriæ debetis, meique ad Aram sæpius mementote.*

Nec tamen suis nævis caruit Ludovicus; præprimis enim immoderata bellandi cupiditate flagrans, ferme semper in armis stetit, non sine maxima subditorum oppressione, sanguinis effusione, Provinciarum vastatione, com-

commercii artiumque ruina, & pecuniarum profusione: truculentæ hujus gloriæ aviditatem magis adhuc in Ludovico accenderat armorum felicitas, tot reportatæ ab hostibus victoriæ, tot expugnatarum urbium gloria, ac inde liberaliter profusæ subditorum acclamationes, & superba honorum nomina, quibus tanquam invincibilis Heros, Rex magnus, Immortalis, Nationum domitor, mundi terror &c. a suis adulatoribus deprædicabatur, dum interea ab exteris ambitiosus, ferox, arrogans, nulliusque fidei Princeps audiebat: Non raro bellum ex bello natum gerebat, parum sollicitus, an justum vel injustum foret, omnemque pro hoste habebat, quem aut suæ gloriæ æmulum, aut hosti suo propensum credebat: Ut Genuenses & Batavos inhumana crudelitate infectaretur, jam satis erat, hos Hispani Belgii excidium præcavisse, illos Hispanis propensiores fuisse. Prospera semper utebatur Martis fortuna, quamdiu exercitus curam vigilantiæ ac virtuti Marchionis de Louvois commiserat, postquam vero ad Mentenoniæ arbitrium Belliduces nominabat, ejus potentia hucusque cunctis formidanda in hostium suorum contemptum degeneravit, pluresque Provincias & urbes multo sanguine Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

partas una ferme hora amisit; nulli enim celerius in malam fortunam incidunt, quam qui aliena concupiscunt: unde postremæ expeditiones duntaxat aut Gallorum clade, aut plurium urbium jactura memorandæ erant, adeo, ut tandem ejus hostes Victori Ludovico duras admodum pacis conditiones præscriberent, & ipse in hoc solo adhuc felix, quod ita disponente Divina Providentia Orbis non ab alio, quam a Ludovico Magno post tot belli calamitates expetitam acciperet pacem, & hæc ipsa magnam tranquillitatis partem Ludovico morienti tribueret.

Reprehendunt insuper Ludovicum nonnulli, quod nimium ostentationi pompæ & magnificentiæ indulserit; Versalias, amplissimum hoc totius orbis hospitium, statutis, picturis, & aureo argenteoque apparatu exornavit; ædificia prorsus superba, & creberrima spectacula non sine immensis sumptibus exhiberi curavit: majoribus adhuc expensis dirempta immenso terrarum spatio maria conjunxit, montesque mutata veluti rerum natura immissis amnibus navigabiles effecit, tranvectisque terræ marisque divitiis suas Provincias locupletare studuit; insuper maximis impensis Pictorum, sculptorum, Architectorum, artis nauticæ

ticæ, aliarumque artium & scientiarum erexit Academias, & Mathematicos in omnes terræ partes etiam remotissimas emisit. Quo autem in pretio habuerit eos milites, qui pro salute patriæ generosum sanguinem profuderunt, ac vulneribus suæ fortitudinis testibus fædati fuere, ut palam faceret, Parisiis construi fecit celebre Martis hospitium, in quo mutilati bello milites largiter sustentarentur: tantas denique, ut vocant, *pensiones* in exteros, eruditos, Ministros, Tribunos, ac præcipue fœminas profudit, ut solus ferme tot exactiones, quot sui Prædecessores, a suis populis extorserit, & subditorum potissimis necessaria subtraxerit, ut superflua erogaret. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Regiæ tamen dignitati suæ maximam asperfit labem sua incontinentia, quæ cum ipso ferme excreverat; cum enim cum Mazarini Cardinalis Neptibus adolescceret, assidua familiaritas mutui amoris flammas in juvene Regis animo accendit, earumque unam absdubio sibi matrimonio junxisset, nisi Cardinalis Patruus toto suæ auctoritatis pondere inconsultum hoc vinculum dissolvisset; Adultior factus, suæ cupiditati licentius indulsit, atque in sceleris obsequium compulit Ludovicam Franciscam de la Valliere, ex qua Filium

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

lium & Filiam ſuſcepit. Hac vero illiciti amoris compedes disrumpente, Ludovicus pro ſummo imperio Franciſcam Athanaſiam de Rochechoart Monteſpani Marchioni ejus marito eripuit, ac per quatuordecim annos ejus amplexibus uſus, adulterium decreto publico deinceps licentiæ Regiæ titulo palliabat; ea vero a ſua rivali detruſa, atque in Aſceterium Virginum ad S. Jacobum convolante, Mariæ Angelicæ Duciſſæ de Fontage complexus invaſit, quæ tamen ex primo puerperio deceſſit: Poſtmodum Ludovicus Franciſcam de Aubigné quondam Marchionis de Cheureuſe concubinam, & poſtea Pauli Scarronis Poetæ conjugem deperiit, eamque Marchioniſſam de Maintenon vocari voluit, ſuamque Amaſiam eſſe palam declaravit, tanquam tunc demum vere Regia, eminens, licitaque eſſet adulterii libertas, cui imperantis approbantisque auctoritas accedit. Hæc tamen ipſa exempli pravitatem criminisque audaciam ſuſtulit; mortuo enim Scarrone Ludovicus poſt Thereſiæ Auſtriacæ conjugis ſuæ obitum Mentenoniam in æternam thalami ſui ſocietatem adſcivit, uxorio jure, quæ usque ad Ludovici deceſſum erat Regis conjux, non tamen Regina, tanto tamen in honore & amore habita, acſi

Vid. l. 215. t. 68. p. 274.

acsi semper solium occupasset, & a se-Sæc. XVIII.
nectutis miseriis semper immunis fuisset: A. C. 1715.
sua enim morum comitate, complacentia, & præclaris naturæ dotibus Regio Ludovici animo tam dextre dominabatur, ut non modo ab ejus arbitrio totius Franciæ sors & omnium fortuna dependeret, sed etiam ipsemet Rex suarum cupiditatum superior evaderet, & reparatis vitæ licentiosæ offensionibus per assiduas virtutum exercitationes, uti semper generosus Heros, ita perfectus demum Christianus viveret, ac moreretur.

§. X.

Clementis summi Pontificis luctus ob Ludovici XIV. Regis obitum.

Intimo doloris sensu intempestivam Lu- *Orat. Consist. p. 123.*
dovici Regis mortem deplorabat Pontifex, haud temere veritus, ne Ludovico XV. defuncti Pro - Nepote, qui tertio genitus Burgundiæ Ducis Filius erat, adhuc septenne, proin per ætatem regimini impare, Aurelianensis Dux Regni Administrator Constitutionis Pontificiæ caussam segnius pertractaret: Eapropter Pontifex die vigesima tertia Septembris Purpuratorum consessum habuit, ac mærorem suum his verbis explicavit:

Vene-

Sæc. XVIII. A.C. 1715.

Venerabiles Fratres!

„Ingentem dolorem, quem Vos una „Nobiscum suscepisse non dubitamus, „ubi primum, fama ipsa vulgante, Chri„stianissimum Regem Ludovicum XIV. „decessisse audivistis, acerbius hodie „renovare, infictumque animis nostris „vulnus exasperare cogimur: dum „hunc tristissimum Nuntium ipsum No„bis per literas novi Regis, ac Ducis „Aurelianensis Regni Rectoris, insigni„bus utriusque eorum in Nos, & hanc „sanctam Sedem filialis observantiæ no„tis refertas, nuperrime confirmatum, „vobis ex hoc loco, ut moris est, „communicamus; quomodo enim non „maxime dolebimus gravissimam non „Galliarum tantum, sed universæ pro„sus Christianæ Reipublicæ jacturam! „dolemus profecto splendidissimum ævi „nostri lumen ac grande decus extin„ctum: dolemus Nobilium quarumvis „disciplinarum ac bonarum artium Fau„torem munificum sublatum, virtutes „omnes ac præsertim Catholico ho„mine dignas dolis infensæ hæreseos „agitatas, sive etiam sævientis fortunæ „injuriis jactatas certo, ac firmissimo „præsidio destitutas dolemus. Dole„mus ereptum Evangelii præconibus in „remo-

„remotioribus Infidelium plagis patro- Sæc. XVIII.
„num beneficentiſſimum, orbatam Fi- A. C. 1715.
„lio Chariſſimo Apoſtolicam Sedem,
„& quod animum noſtrum acriori pla-
„ne ſenſu percellit, potentiſſimo defen-
„ſore ac imperterrito vindice Ortho-
„doxam religionem viduatam dolemus:
„Non ita tamen dolemus, ut quæ me-
„rito lenire poſſunt mærorem noſtrum,
„ſolatia reſpuamus.„

„Eædem ſcilicet inclyti Regis vir-
„tutes, juſtitia, pietas, religio, pru-
„dentia, animi magnitudo, quæ de-
„jectis in ejus ſepulcrum oculis lu-
„gere Nos cogunt, eis in ſublime e-
„rectis de illius pia credita felicitate
„lætari Nos jubent: Hanc præ cete-
„ris ſperare nos facit mirificus ille Ze-
„lus Domus Dei, quo Religioſiſſimus
„Princeps ſemper exarſit, ſed tunc præ-
„cipue, cum jam ante triginta annos
„omnibus humanæ prudentiæ rationi-
„bus penitus neglectis, edicta illa ab-
„rogavit, quæ perduelles hæretici ab
„ipſius Majoribus Regibus inter bello-
„rum æſtus, & pericula dudum extor-
„ſerunt, novisque editis decretis, qui-
„bus illius ſectæ hominibus omnis Tem-
„plorum uſus, ac coeundi libertas in-
„terdicebatur, brevi paucorum men-
„ſium ſpatio univerſam plane Galliam
„ab ea ſuperſtitione liberavit, quæ po-
„pulos

Sæc. XVIII. A. C. 1715

„pulos illos civilibus diu bellis miſere „afflixerat, ingenti cum periculo Or„thodoxæ fidei & publicæ incolumi„tatis. Auget ſpes noſtras indefeſſum „ſtudium, quo Rex optimus Catholicæ „Doctrinæ tuendæ, eliminandisque er„roribus præſertim vero radicitus ex„tirpandis Janſenianæ hæreſeos malis „germinibus, propugnandisque latis „adverſus eam ſanctæ hujus Sedis ju„diciis, per tot annorum decurſum „tam ferventer adlaboravit, & etiam „in eo morbo, qui poſtremus illi labo„rum mortalium fuit, noviſſimæ no„ſtræ hac potiſſimum in re editæ Conſti„tutioni inobedientes compeſcere, om„nique ad id poteſtatis ſuæ validiori „præſidio Eccleſiaſticam Authoritatem „fulcire paratus, cæpto jam dudum „operi ſupremam manum adjicere ſum„mopere exoptavit? ſilebimus alia, „ſed injecta jam poſtremi morbi men„tione ſilere non poſſumus invictam „illam, ac vere Chriſtianam fortitudi„nem, qua Rex præſtantiſſimus charo„rum ſibi Capitum funeribus jam pri„dem aſſuetus, ita in ejusmodi morbo „ſe geſſit, ut nemo ex veteris philo„ſophiæ ſectatoribus tam magnifice „mortis contemptum decantaverit in „ſcholis, quam ille fortiter exercuit in „arena. Hæc ſane omnia & alia plu„rima,

„rima, quæ tacemus, ſuadere facile Sæc. XVIII.
„poſſent, Ludovicum XIV. non tam A. C. 1715.
„diuturno dudum enitentis naturæ la-
„bore, quam indulgentis dono Provi-
„dentiæ ſero terris, poſt longam pa-
„rentum ſterilitatem, a cælo conceſ-
„ſum, ſero itidem emerito cælo fuiſſe
„a terris redonatum. Verum quia
„ut ſacræ literæ nos admonent, &
„nos dolentes dicimus: *Judicium duriſ-*
„*ſimum his, qui præſunt, fiet*, ideo &
„ratione ducimur, & debito charitatis
„urgemur, ut ſacrificiis, orationibus
„& obſecrationibus demortui Regis
„animæ ſolatium comparemus. Id por-
„ro & privatim Nos agere hactenus
„non prætermiſimus, & vos una no-
„biſcum proſequi enixe optamus, hoc
„ipſum ſuo tempore publicis in ponti-
„ficio noſtro ſacello exequiis ſtata die
„vobis indicenda, juxta prædeceſſorum
„noſtrorum morem ſolemni ritu præ-
„ſtituri. Deum interim Opt. Max. in
„cujus manu ſunt corda Regum, e-
„nixe rogemus, ut novi Regis Chriſtia-
„niſſimi Ludovici XV. teneram ætatem
„cuſtodiat, dirigatque ſemper ejus
„greſſus in viam mandatorum ſuorum,
„quatenus ſapientia juxta, ac annis
„proficiens, expectationi, quæ de illius
„egregia indole maxima eſt, abunde
„reſpondeat ad ſubditarum ſibi gen-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„tium quietem, ad Ecclesiæ bonum, „ad Catholicæ Religionis præsidium, „Christianæque Reipublicæ felicita„tem.„

§. XI.

Ejusdem summi Pontificis literæ ad Ludovicum XV. Franciæ Regem.

Epist. Clem. XI. pag. 2087.

Eodem quoque obsequio Pontifex defuncti Regis memoriam apud Ludovicum XV. ejus Successorem prosequebatur, datisque literis illum ad Proavi sui imitationem hortatus, has ad illum literas die vigesima Septembris dabat:

„Acerbissimum Christianæ Reipubli„cæ inflictum vulnus haud parum sentire „videremur, ubi Majestati tuæ, quis „fuerit dolor noster, ac mæror in obitu „clar. me. Ludovici Francorum Regis „Christianissimi Proavi tui, verbis ex„plicare conaremur. Nemo quippe non „videt gravissimam hanc jacturam non „ad Regiam tuam domum duntaxat, „istudque florentissimum Regnum, sed „ad universum propemodum terrarum „orbem, cujus ille splendissimum de„cus erat & ornamentum atque ad Or„thodoxam inprimis religionem, quam „strenuo invictoque animo semper asse„ruit,

„ruit, maxime pertinere; merito enim Sæc. XVIII.
„Nobis de ejus morte dolendum est, A. C. 1715.
„quæ Religiosissimum Principem & Fi-
„lium longe charissimum Nobis eripuit,
„quæque cor nostrum ac mentem in
„maximas & molestissimas sollicitudi-
„nes conjecit. Verumtamen mœrori
„nostro non leve comparatur solatium
„in rebus ab eo, dum viveret, pro Ec-
„clesia, ac religione præclare gestis,
„quibus ad pie sperandum adducimur
„pro caduca mortalique vita ipsi æter-
„nam illam, atque beatam fuisse in
„cœlis repositam, ubi non est amplius
„neque luctus, neque clamor, sed nec
„ullus dolor: Eumque præterea con-
„fidimus non solum in omnium me-
„moria perpetuo victurum esse, sed in
„Te potissimum, cujus heroica indo-
„les cum optima institutione conjuncta
„firmam Nobis ingerit spem, fore, ut
„sapientia juxta, ac ætate proficiens,
„Regem præstantissimum, quem no-
„mine refers, etiam opere subditis tibi
„populis ac Nobis restituas, teque
„non tam Regni successorem, quam
„avitarum virtutum hæredem lucu-
„lenter ostendas, cæterum, quod pa-
„terna nostra charitas postulat, de-
„functi animæ sempiternam in cælesti
„patria requiem in privatis nostris sa-
„crificiis conciliare hactenus non omisi-

Sæc. XVIII. A. C. 1715

„mus, indeque ipsum in sacello no-
„stro Pontificio cum Venerabilibus Fra-
„tribus S. R. E. Cardinalibus propediem
„solemni Ritu de more præstabimus.
„Te demum Chariſſime Fili noster, in-
„timo præcipuoque paterni cordis af-
„fectu complectentes, omnipotentem
„Dominum, cujus nutibus vitæ nostræ
„momenta decurrunt, humiliter & e-
„nixe obsecramus, ut felicem, diutur-
„numque annorum cursum & gratiæ
„suæ dona Tibi cumulatissime largiatur,
„gressusque tuos assidue dirigat in be-
„neplacito suo, quatenus glorioſis Ma-
„jorum tuorum Regum clarissimorum
„vestigiis insistens, expectationi, quæ
„sane maxima de Te est, abunde re-
„spondeas. Et Majestati tuæ Aposto-
„licam benedictionem amantissime im-
„pertimur. „

Epist. Clem. XI. p. 2090. Contin. Hist. Chron. p. 43.

Eadem die Pontifex Philippum Au-
relianensem Ducem Regni Rectorem
datis literis hortabatur, ut in promo-
vendo Constitutionis negotio Ludovici
defuncti Regis vestigia premeret: „Nos
„quidem, perscripsit Pontifex, ægritu-
„dinem nostram non parum tempera-
„mus, & Pontificiæ Charitatis oculos
„in Te convertimus, quo Regni Re-
„ctore constituto ac tenellam novi Re-
„gis ætatem, egregia ceteroqui, ac
„suæ stirpis dignissima indole, ut ac-
„cepi-

„cepimus, prædíti adjuvante, graviſ-
„ſimam, quam fecimus, jacturam tuæ
„virtutis zelique ope ſarciendam eſſe
„Nobis pollicemur. Cum enim exi-
„mia, multiplicia, quibus ſpectata re-
„fulges, animi decora, ac filialem in-
„primis tuam erga Nos & Sanctam
„hanc Sedem obſervantiam ſatis com-
„pertum habeamus, hinc certam in
„ſpem erigimur, fore, ut non alia,
„quam Religioſiſſima demortui Regis
„conſilia, ac illuſtria ab eo relicta Con-
„ſtantiæ & pietatis exempla, quæ
„nulla ætas conticeſcet, in Regni ad-
„miniſtratione ſervanda Tibi proponas,
„vix interim exprimere verbis poſſu-
„mus, quantam perceperimus voluptá-
„tem, cum ſollicitum, & flagrans tuum
„publicæ quietis curandæ ſtudium in-
„ſpeximus, quod tuis in literis abunde
„profiteris, minime ſiquidem dubita-
„mus, quin Te optimam cauſſam ſtre-
„nue propugnante, felicem ad exitum
„opus perducatur, quod intempeſtivus
„Regis obitus imperfectum reliquit,
„adeoque Catholicæ Doctrinæ aſſerta
„puritas ſervata, Apoſtolicæ Sedis di-
„gnitas, ac reſtituta illi Regno pax,
„tuo potiſſimum beneficio debeantur.
„Qua ratione, quantum ſolidæ laudis
„& gloriæ apud homines, &, quod
„Caput eſt quam præcipuum, apud

Sæc. XVIII. A. C. 1715. „Deum meritum adjiciendum tibi ſit, „non eſt, quod Tibi pluribus explice- „mus. „

Ceterum quamprimum P. Telliero Aurelianenſem Ducem in Regni Regentem aſſumi ſuboluit, mox ceteris prior eundem ſalutatum venit, eique Societatem ſuam, & Conſtitutionis negotium impenſe commendavit, cui tamen Dux ſat frigide reſpondit, potius de Eccleſiæ & Regni tranquillitate ſollicitus eſſet.

§. XII.

Conſtitutionis fata poſt Ludovici XIV. Regis obitum.

Epiſt. Clem. XI. p. 2091. Cum interea totus Chriſtianus Orbis Ludovici Magni jacturam feralibus proſequeretur exequiis, & probi omnes Catholici ob interciſum Conſtitutionis negotium tam ſtrenuo fidei & Eccleſiæ Heroi lacrimis luctibusque parentarent, Quesneliſtæ, aliique turbidi ingenii homines, qui hucusque ne quidem hiſcere audebant, velut de reportata cauſſæ ſuæ victoria triumphum canere certabant: converſo enim fatorum ordine tanta erat affectuum mutatio, ut totum Franciæ Regnum novam induiſſe faciem videretur: præprimis Voiſinius Cancellarius olim Janſeni-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

seniſtarum terror, nunc illorum ludibrium ſuo officio amovetur, ſub obtentu, quod contra pragmaticas Regni leges Ludovici Regis teſtamentum conſcripſiſſet: irritantur præcipui illius articuli a Parlamento, nullique declarantur; Dux Aurelianenſis, qui duntaxat Regii miniſterii Præſes teſtamenti tabulis deſignabatur, Regni Rector, & Noviodunenſis Dux, Delphini Succeſſoris Tutor declarari jubentur: funeſtæ executionis apparatus contra opponentes Epiſcopos inſtructus velut ſomnium evaneſcit, & contra eorum Adverſarios præcipue contra Jeſuitas ferme communis ſuſcitatur indignatio: revocantur ob impugnatam Conſtitutionem proſcripti Præſules & Doctores, pertinacius propugnantur Gallicani Cleri decreta Anno 1682. edita, & Noaillius Cardinalis, quem Ludovicus nequidem moribundus, niſi converſum admittere voluit, eo vix mortuo ad Aulam accerſitur, & quia intra menſem acceptationis ſuæ mandatum pollicitus erat, ab Aurelianenſi Duce non modo teneris amplexibus, & familiari colloquio honoratur, ſed etiam ad majorem dignitatem, auctoritatemque, imo & ad ſanctioris conſilii, quod *conſcientiæ* vocant, Præfecturam elevatur. His prævie diſpoſitis Aurelianenſis Dux

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

datis literis Pontifici significabat, quod eodem obsequio ac reverentia, qua defunctus Rex, summum Pontificem, sacramque Sedem prosecuturus sit, nec temere speret, se intra unius mensis spatium dissidia inter Episcopos effervescentia radicitus extirpaturum. Postea de iis, quæ hucusque in Regno disposuisset. Papam & Cardinalem Tremollium die decima tertia Septembris certiorem reddidit.

Ad hasce literas Pontifex die prima Octobris Aurelianensi hæc rescripsit: „Ubi tam ex literis tuis die de„cima tertia Septembris proxime e„lapsi ad Nos datis, quam etiam ex „iis, quæ Cardinalis de Tremoille tuo „nomine latius Nobis explicavit, in„telleximus a Te disposita & florentis„simi istius Regni per minorem novi „Regis ætatem administrandi certam „rationem formamque stabilires, præ„sertim vero audivimus, consiliariorum „cætus, quos eum in finem pro rerum „varietate sive restituere sive etiam in„stituere consentaneum duxisti. Ma„gnopere quidem lætati sumus, quod „tanta sedulitate ac vigilantia ad ea „potissimum præscribenda curas omnes „tuas & studia intenderis, quæ optatæ „ejus Regni quieti, publicæque istorum „populorum felicitati profutura existi„masti.

„masti. Tua nihilominus eximia, qua „polles prudentia, Dilectissime in Christo „Fili noster, facile tibi ob oculos po- „net, quam graviter cum universa hac „Alma Urbe acceperimus, inter cætera „a Te constituta, sanctiori illi, quod „*Conscientiæ* vocant consilio propositum „fuisse Cardinalem de Noailles, qui ni- „mirum, etsi alias de eo ob plures illius „egregias, ac sacro Antistite dignas vir- „tutes præclare censuerimus, in nego- „tio Apostolicæ nostræ Constitutionis, „cujus initium est: *Unigenitus Dei Fi- „lius* &c. ita se gessit, ut unacum paucis „illis, qui a ceterorum Fratrum con- „sortio defecerunt, uberem nimis (quod „dolentes dicimus) Catholicis omnibus „tristitiæ, ac scandali, Ecclesiæ vero „hostibus gaudii, ac irrisionis materiam „præbuerit. Verum cum animum no- „strum nullatenus inducere possimus, „ut credamus, Te Principem egregia „non minus sapientia & doctrina, quam „singulari in orthodoxam religionem „studio præditum, ac in obsequio erga „hanc sanctam Sedem, ut non semel „professus es, nemini secundum, adduci „potuisse, ut tanti momenti præfectu- „ram eidem Cardinali de Noailles de- „ferres, nisi prius compertum, ac pror- „sus exploratum habuisses, quod ipse „quamprimum, imo etiam antea, quam

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„novum hoc munus obire inciperet, „officii sui debito cumulate satisfactu„rus esset, omniaque hac in re perpe„ram gesta congrua emendatione pen„saturus: hac una suasione nostri animi „ægritudinem temperamus, confisi, pla„ne fore, ut negotium illud, Te præ„cipue adjuvante, ac impellente, ita „propediem absolutum iri, ut illius exi„tus, quemadmodum verbis ipsis tuis „memoratus Cardinalis de Tremoille, „Te maxime sperare, Nobis denuntia„vit, & sollicitudini nostræ satisfaciat „& Ecclesiæ plausus mereatur, | qua „quidem re nihil nomini tuo glorioſius, „nihil Regni illi utilius, nihil eidem „Cardinali de Noailles salubrius, ni„hil denique lætius & jucundius acci„dere Nobis poterit, qui maxima sane, „& molestissima, qua angimur, cura „liberati Cardinalem præfatum, illius„que socios ad saniora Consilia revoca„tos libentissime excipere parati sumus, „omnique paternæ charitatis officio am„plecti. Cæterum ut plane vides, ac „res ipsa per se satis loquitur, gravis„simum hoc negotium, ubi Orthodoxæ „Religionis integritas, Catholicæque „unitas periclitatur, ejusmodi est, ut „illud ulterius inemendatum sine in„signi Apostolici nostri Ministerii labe „relinquere non possimus, pluribus hac „de

„de re, quæ nobis ſummopere cordi Sæc. XVIII.
„eſt, tecum aget Venerabilis Frater A. C. 1715.
„Cornelius Archiepiſcopus Chartagi-
„nenſis Nuntius iſthic noſter, quem ut
„benigne audire velis, vehementer a
„Te petimus, tibique dilectiſſime in
„Chriſto Fili noſter, Apoſtolicam bene-
„dictionem ex intimo paterni cordis
„depromptam impertimur.„

§. XIII.

Cleri Gallicani Zelus contra Quesneliſtarum inſultus.

Interim Quesneliſtæ liberioris auræ ſpe tumidi, depulſo timore & pudore, detractaque larva palam defuncti Regis memoriæ, & Acceptantium Epiſcoporum conatibus inſultabant, populosque, ut proprios ſuos Judices ad judicium vocarent, excitabant; inde diſſenſionum flammæ ex Epiſcopali domo in Sorbonam, & Regni Univerſitates ac Parlamenta continenti incendio graſſari cæperant: Sacerdotum & Religioſorum non pauci palam obedientiæ jugum excutiunt, & ſeditioſa quorumdam molimina in apricum erumpunt, inundantur Provinciæ libellis famoſis, ac denique ſub Rege Puero turbidorum licentia nil propius, quam omnium fidelium confuſionem, apertumque ſchisma

Lafiteau Hiſt. Conſt. t. 1. part. 2. Act. publ. Conſt. Unig.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

ma prænuntiabat. Enimvero Aurelianensis Dux ex Quesneliſtarum audacia, malisque artibus probe intellexerat, ſub Religionis obtentu civilis belli periculum obverſari: tempori tamen aliquantiſper cedendum eſſe cenſuit, donec deferveſcente primo tumultuantium motu tandem ſeditioſos vel ad deteſtandam inſaniam legum ſeveritate compeſcere, vel ad proprii ſui pudoris confeſſionem rationum momentis adigere poſſet: Eo fine Noaillium Cardinalem, quem Quesnelliſtæ ſuum adorabant Anteſignanum, obſequiis delinire ſtuduit, ac propterea P. Tellierum Jeſuitam defuncti Regis Confeſſarium, quem Noaillius velut capitalem ſuum hoſtem reſpiciebat, & non pauci ipſum totius mali Authorem credebant, Pariſiis excedere juſſit. Verum Ducem ſua feſellit ſpes; quamprimum enim Noaillius ſe a præcipuis Regni Proceribus totoque populo immodicis honorum ſignificationibus excipi compererat, non ultra ſui promiſſi memor de Conſtitutionis acceptatione mentionem fieri haud ſuſtinuit: Ejus quoque pervicaciam non parum firmabant ſuæ conſtantiæ præcones; in publicis enim novellis Quesneliſtæ ſpargebant, Aurelianenſem eſſe firmiſſimum Protectorem contra Curiæ Romanæ violentias, ab eo Noaillium in firmitatis

tis suæ præmium tam honorifica dignitate ideo decoratum fuisse, ut Constitutionis causam ipsus ad sanctius conscientiæ Tribunal revocare posset, eique tam amplam beneficia dispensandi facultatem esse concessam, ut suorum numerum augere valeret. Paulopost tam sæva erupit tempestas, ut universum Franciæ Regnum a Sede Apostolica perpetuo schismate scissum iri timeretur: præludere videbantur duo libri, quorum prior *Hexapla*, alter vero *veritatis testimonium* vocabatur, hi sedulo in vulgus sparsi, atque apertæ hæresis veneno turgidi, communi pene omnium applausu excepti fuere. In primo impius Auctor sacræ Scripturæ & Patrum doctrinam oppossuit doctrinæ Constitutionis, notasque ad omnem submissionem & reverentiam Sedi Apostolicæ debitam e fidelium cordibus radicitus eliminandam aptissimas adjecit, librum vero *reflexionum moralium* ab omni labe purgare nitebatur, integra convitiorum plaustra exonerans in eos, qui hunc librum proscripserunt, eique oppositam doctrinam pro aris & focis propugnarunt. Alter vero liber ex orci officina prodiisse videbatnr; præterquam enim, quod defunctus Rex velut veritatis & libertatis publicæ hostis traduceretur, insuper Calviniana hæ-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

resis

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

resis detracto pudoris velamento palam apparuit, atque ad Ecclesiæ auctoritatem, suorumque decretorum infallibilitatem, & membrorum subjectionem eradicandam Author tanquam immotas præscripserat leges, I. populum Pastorum suorum vocem audire non esse obstrictum, II. non solam docilitatem Discipulis esse propriam, sed illis quoque Magistrorum judicia discutiendi jus competere, imo ipsa etiam Generalia Ecclesiæ Concilia privati judicii Tribunali subjacere &c.

Tam pernicioſa dogmata Cleri Gallicani vigilantiam concitabant, cumque Præsules jam a die vigesima quinta Maij Parisiis sua haberent comitia, unanimi suffragio decrevere, præprimis utriusque hujus nefandi libri doctrinas esse examinandas. Seliguntur Præsulum ac Theologorum doctissimi, quibus Lingonensis & Vivarienſis Episcopi præerant: Nil intentatum inausumque reliquerunt Quesneliſtæ, ut ejusmodi librorum censuras præpedirent; caussabantur enim, post Regis obitum mutatam esse rerum faciem, Acceptantium sortem aut benignam aut siniſtram a Noaillii auctoritate dependere, ab eodemque censuras, si quas ferri contingeret, nullo negotio irritari posse: cum autem congregatos Præsules ejusmodi

modi minis minime commoveri experirentur, saltem eos vana spe fascinare nitebantur, exponentes, proximam esse Noaillii acceptationem, differendas ergo esse censuras, ne hac intempestiva severitate concordiæ fructus præpedirentur: Incautior in eorum casses incidit Narbonensis Archiepiscopus Gallicani Conventus Præses, qui censuræ supersedendum censuit: Ast ceteri Præsules fraudem haud temere suspicati palam declararunt, sibi firmum ratumque esse, utrumque hunc librum atro pariter carbone & calamo notare: Tum vero refractarii Præsules nulli pepercere labori, ut saltem in censura nullam Constitutionis Pontificiæ mentionem fieri, obtinerent, veriti, ne ex iterata hac Cleri Gallicani censura novum robur Constitutioni accederet. Attamen Præsules invicto animo opponebant, Constitutionis auctoritatem, quia illam Hexaplorum Author enervare studuit, omnino esse vindicandam: priusquam vero Præsules sua darent suffragia, Narbonensis Archiepiscopus Ducem Aurelianensem Regni Administratorem adiit, exponens, utriusque libri proscriptionem novi dissidii fomitem fore: ad hæc reposuit Dux, nimis cognitam sibi esse Præsulum integritatem, ut eos dissensionum fautores fore, suspicari aude- Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

auderet: Hoc Ducis reſponſum Narbonenſis ſiniſtre interpretatus, in Conventu congregatis ſignificabat, Ducis voluntatem eſſe, ut ad præcavendos diſſidii motus nullam Conſtitutionis mentionem ſuis cenſuris ingererent: Præſules tamen, quod rei ſubeſſet, ſuſpicati, unaomnes declarabant, ſe ipſos cum Duce acturos, ac potius bonorum, vitæque jacturam pati, quam in rebus fidei fluctuare, paratos eſſe: Hanc Præſulum diſſenſionem edoctus Aurelianenſis, Narbonenſem, Burdegalenſem & Bituricenſem Archiepiſcopos acceſſit, eisque injunxit, ut congregatis Præſulibus declararent, quod ipſe quidem Conſtitutionis acceptationem ratam haberi, haud inconſultum fore cenſeret, de cetero autem ſuarum partium non eſſet, modum, quem in ſuis conſultationibus tenerent, præſcribere, aut verba in eorum cenſuris adhibenda ſuggerere, ſed hac in re plenam eis relinqueret libertatem. Hoc reſponſo freti Præſules, mox utrumque librum proſcripſere, ſuæque ſententiæ decretum ab omnibus ſubſcriptum typisque mandandum unacum literis encyclicis ad cunctos Regni Epiſcopos, transmiſerunt. His ita concluſis Narbonenſis Archiepiſcopus ceteris Præſulibus, utpote confecto penitus negotio, ad ſua rever-

revertendi copiam fecit: vix autem abſceſſerant, cum illico Aurelianenſem urgeret, ut has cenſuras ante tres hebdomadas typis vulgari, Regio edicto prohiberet. Enimvero hoc interdictum Broglius Abbas congregatis exhibuit, intimo oppreſſus dolore, quod tam inique Regii Adminiſtratoris integritas fuiſſet deluſa, & hujus doli Architectos ſuæ malitiæ non puduiſſet: Nec minor erat Præſulum indignatio, qui re intellecta, quid agendum eſſet, deliberarunt, quominus vero aperte ſuam edicerent ſententiam, obſtabat Caſtrenſi Epiſcopi præſentia, cujus fidem ſuſpectam habebant: Hic vero eorum diffidentiam animadvertens, „immerito, inquiebat, „minus tuta vobis videtur fides mea, „haud me latet, vos de Narbonenſis „artificio agere, ipſus vero ejus diſſi„pabo conſilia; non enim ignoro, quod „ipſe cuncta Religionis diſſidia in Noaillii „Palatio diſcuti, ejusque deciſioni ſub„mitti poſtulet, aſt in pleno Conventu „Præſidi exponam, quam gravis peri„culi ea res ſit.„ Verum ſui promiſſi immemor, altera die ne verbum quidem proferebat, Narbonenſis vero rurſus Aurelianenſis nomine cenſurarum typum inhibuit, ſubjungens, ſufficere, ut earum autographum in Cleri Archivio usque ad pacem Eccleſiæ reddi-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

tam, atque a Duce intra tres hebdomadas procurandam reservaretur: Huic consilio vehementer sese opposuit Lingonensis Episcopus, veritus, ne Cardinalis Noaillius dissolutis comitiis illud ex Archivio extrahat, & Jansenistæ hos libros unquam a Clero proscriptos fuisse negent: quocirca Lingonensis ceterorum nomine pronuntiabat, ad eos de veritate convincendos necesse fore, ut plura hujus censuræ transumpta Notarii chirographo munita fierent, & eorum unum cujuslibet Provinciæ Episcopo traderetur. Obstabat tamen Narbonensis, qui Aurelianensis honori per ejusmodi cautelas derogari ajebat, cui tamen a ceteris responsum, se debitam Duci reverentiam abunde testari ex eo, quod censuræ prelum usque ad tempus ab eo præstitutum differrent, has vero cautelas non contra ipsum sed adversus Noaillium adhiberi. Tandem post acres utrinque concertationes ex plurimorum suffragio censurarum transumpta fuere signata, ac Provinciarum Episcopis tradita, reclamante adhuc Narbonensi, ipso tamen Regni Administratore Episcopis annuente. Ceterum temporis successu luculenter patuit, haud vanum fuisse Episcoporum metum; quamvis enim tot transumpta fuissent distributa, censuræ tamen autogra-

tographum poſtea ex Cleri Archivo fuit ſublatum, & nonniſi evolutis ſeptem annis Abbati Brancaſio Cleri Procuratori reſtitutum: Uterque tamen infamis liber hoc adhuc anno a Pariſienſi & Divionenſi Parlamentis pariter fuit proſcriptus, & ipſemet Basnagius Calviniſta fatebatur, quod liber *de veritatis teſtimonio* ſaltem in ſui principio hæreticus ſit. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XIV.

Pariſienſis Facultatis Theologicæ motus contra factæ Acceptationis decretum.

Haud ſatis mirari poſſumus, quod quamvis uterque pernicioſus hic liber ubique atro ſtigmate notaretur, ex Sorbonæ tamen Doctoribus nonnulli invenirentur, qui non modo ſpurii hujus partus patrocinium in ſe ſuſciperent, ſed etiam ipſam Pontificis Conſtitutionem appellare non erubeſcerent, *monſtruoſum decretum nil niſi morum laxitatem atque infidelitatem inſpirans, ſcriptum execrandum, & inferni portam, quæ nunquam prævalebit contra Eccleſiam.* Nec his contenti eorum non pauci, in ipſa Matris ſuæ viſcera graſſari cæperunt; in ipſam enim S. Facultatem tam injurioſi atque in Regiam Majeſtatem

Tem. de l'Univ. t. 1. p. 212. 222. Exapl. Præf. p. 73. & ſeqq. Relat. Anno 1718. p. 222. 1715. &c. Acta & decret. S. Facult. Pariſ.

Sæc. XVIII A. C. 1715

adeo iniqui erant, ut decretum illud, quo Conſtitutionem *Unigenitus* unanimi Facultatis conſenſu die quinta Martii acceptarunt, Regi oblatum, confirmatum, ac cum Facultatis elogio a Rege acceptum, nihilominus falſum, & ſpurium eſſe propugnarent: Obtendebant quidem falſum eſſe, quod Facultas ſuo decreto hanc Conſtitutionem acceptarit; ſecus enim, ajebant illi, Facultas religionem contaminaſſet, Epiſcoporum jura violaſſet, Hierarchiam & ſacratas Eccleſiæ Gallicanæ libertates & ipſa etiam Regni jura evertiſſet. Hi quidem erant ſuæ pervicaciæ obtentus; reapſe autem ipſam Conſtitutionem, omnemque ejus memoriam ex Doctorum cordibus funditus delere nitebantur: cum vero ipſum Facultatis decretum non eſſe verum, afferere non poſſent, quin Regiæ Majeſtati proterve illuſiſſe, eique falſum pro vero decreto obtruſiſſe arguerentur, hinc ingeniosi fraudum Architecti ad aliud, miſerandum prorſus effugium recurrebant, aſſerentes, Facultatem duntaxat decreviſſe, ut hæc Conſtitutio ad Facultatis acta referretur, non autem ut eam acceptaret, proin illa in S. Facultate vim legis non obtineret: quamvis hujus obtentus indignitas manibus palparetur, ac omnibus eſſet perſuaſiſſimum,

non

non alio ex fine Conſtitutionis inſcriptionem a Facultate fuiſſe decretam, niſi ad acceptandam obſervandamque eandem Conſtitutionem, aliunde vero Rex non modo inſcriptionem, ſed juxta hujus Conſtitutionis, quam robur habere voluit, doctrinam in Sorbona doceri præcepiſſet, nihilominus inquieti Doctores hac ſuper cavillatione ſua deliberari, a Facultate petierunt. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XV.

Novi motus in Sorbona argumentum.

Sub idem tempus de la Rue Sorbonæ Doctor ac Syndicus, expleto Syndicatus ſui biennio die prima Octobris officii ſui Succeſſorem eligi, ſibique pro more literas bene geſtorum teſtes tradi petiit, cui etiam prævalentibus turbidorum ſuffragiis ſuffectus eſt Hyacinthus Ravechetus: Hic vero non modo haſce literas Syndico denegabat, ſed etiam duodecim deſignabat cenſores, qui in Syndici geſta inquirerent, & primo die Menſis Novembris deſuper referrent. Obſtiterant ex Doctoribus nonnulli, atque inter eos Vivantius Doctor palam ceteris objectabat, quod non tam Syndicum, quam Conſtitutionis acceptationem a Facultate factam

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

ctam impetere molirentur: Favebant etiam priori Syndico Regius Procurator, & ſupremus Curiæ Præſes, qui Ravechetum aſperis oppido verbis eo adegerunt, ut ſaltem Cenſorum relationem ad diem primam Menſis Decembris differre cogeretur. Inſuper Aurelianenſis præfatam relationem ſibi tradi, & huic negotio interim ſuperſederi præcepit, veritus, ne turbidi hi Doctores, quod Facultas Conſtitutionem non acceptarit, declarandi anſam inde arriperent. Habentur ergo die ſecunda Decembris Sorbonæ comitia, in quibus Humbelotus ſenior Sorbonæ Doctor gravibus verbis expoſuit, quod novus Syndicus die quarta Novembris ob delatum ſibi officium grates repenſurus, orationem habuerit, in qua non pauca ſummo Pontifici, Clero Gallicano, defuncti Regis memoriæ, & Aurelianenſi Adminiſtratori injurioſa protuliſſet, unice eo intentus, ut Conſtitutionem *Unigenitus* a S. Facultate *una voce* acceptatam impugnaret: Arrepta inde occaſione Ravechetus vehementer excandeſcens, adverſus hunc Doctorem actionem conſtituit, eumque de calumnia & contumelia poſtulans petiit, ut omiſſis omnibus aliis negotiis, de ejus expoſtulatione deliberaretur, nec prius ex Aula diſcederent Magiſtri, quam

quam hæc cauſſa fuiſſet abſoluta. Ergo præſente adhuc Humbeloto datur initium, aſt Chartonius antiquior Sorbonæ Doctor cum pluribus aliis cenſuit, ſcriptotenus exhibendum eſſe Humbeloti ſermonem, ut de eo judicium ferri poſſit: prævaluere autem ceteri, qui abſque ulteriori mora Humbeloti querelas omnino contumelioſas, injuriasque eſſe pronuntiarunt. Fertur ergo ſententia, qua præfatus Doctor a comitiis, cunctisque ſui Magiſterii functionibus excluditur, donec palam revocaſſet, & humillime veniam petiiſſet: falſum quoque eſt, ſubjunxit novus Syndicus, quod Conſtitutio *una voce* fuerit acceptata: ut vero ſuis verbis fidem faceret, ad quævis audenda projectus ex charta, in qua concluſio lata die ſecunda Decembris erat deſcripta, hæc verba *una voce* delevit, totque lituris deformari atque eradi curavit, ut ne vix hodie hæc verba amplius legi poſſint: Hæc agendi ratio ſummopere diſplicuit Bentivoglio Papæ Nuntio, qui deſuper queſtum ad Aurelianenſem venit; qui tamen novi hujus tumultus cauſſam in Jeſuitas, eisque adhærentes conjiciens, Quesneliſtas jam a ſe quidem fuiſſe coercitos, a Jeſuitis vero rurſus laceſſitos fuiſſe ajebat: Denuo Nuntius Adminiſtratorem rogabat. ut Facultatis

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

deliberationi saltem hæc verba: *una voce* inferi juberet: id equidem Dux novo Syndico & Magistro Dupino insinuavit, his autem novorum motuum periculum caussantibus, Facultati concessit, ut si Humeloti factio sese opponeret, Doctores contra hosce turbatores sententiam pronuntiare valerent, prævie tamen ab eis Dux sciscitabatur, an Pontificis anathema haud reformidarent? ad quod ambo responderunt, sibi longa experientia esse compertum, quod injustæ excommunicationes nequidem aerem verberarent. Igitur die quinta Decembris rursus habentur comitia, in quibus refractarii Facultatis Doctores suam declarationem die secunda Decembris factam confirmarunt, reclamantibus Humbeloto, Clavello, aliisque Doctoribus, qui opponebant, quod I. quæstio, an Constitutio sit acceptanda, necne, agitata non fuerit, sed Syndicus duntaxat de Humbelotti querelis deliberari petierit. II. Quod de his querelis potior Doctorum pars deliberarit, & duntaxat eorum pauci Constitutionem a Facultate non fuisse acceptatam asseruerint. III. Quod sententia fuerit lata *ultra petita*; cum Humelotus non dixerit tantum, Constitutionem fuisse receptam, sed cum addito: *una voce*, & circa hæc postre-

postrema verba, non autem circa ipsam Constitutionis acceptationem declaratio fieri debuisset. His subjunxit Tournelius Doctor, Facultatis decretum anni prioris Mense Martio editum reformandi jus Facultati non competere, utpote auctoritate Regia factum. Nihilominus tamen Facultas declaravit, falsum esse, quod ea Constitutionem acceptarit, hanc quoque suam declarationem imprimi curavit, & Doctores, qui se ei opposuerunt, a privatis & publicis conventibus excluſit. Aſt hi Doctores ab ipso Hexaplorum auctore, illis certe non suspecto, falsitatis arguebantur; ipsemet enim veritatis manifestæ pondere pressus fatebatur, quod quingenti viginti quinque Doctores hanc Constitutionem acceptarint, & nonnisi viginti duo dissenserint, & quod eadem Facultas die decima Martii Anno 1714. suum decretum additis terminis: *approbationis & obedientiæ* confirmarit: Tam indigna agendi ratione summopere offensus Cardinalis Rohanius, se Sorbonæ membrum fuisse erubescens, Doctoratus sui diploma non sine maxima indignatione remisit, Nuntius quoque Apostolicus jamjam Avenionem secedere parabat, ab amicis tamen suis retentus, Aurelianensem iterato rogabat, ut Facultatis declarationem ad acta

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

referri prohiberet; non minus Cardinalis Biſſyus contra Sorbonam excanduit, doluitque, Univerſitatis gloriam ſplendoremque una die penitus fuiſſe obſcuratum. Ceterum graviſſimæ hujus controverſiæ ſucceſſum ad ſequentem annum differimus.

§. XVI.

Ravecheti Syndici Epiſtola ad quemdam Hiſpaniæ Doctorem.

Refut. de Mem. t. 2. pag. 348.

Poſtquam Ravechetus Facultatis Syndicus potiſſimorum ſuffragia, quibus recta Humbelotum, per latus vero ipſam Conſtitutionem petebat, ad ſuas partes pertraxerat, velut de inſigni victoria triumphans Facultatis concluſionem typis mandatam in Hiſpaniam ad Didacum de Caſtell Regalis Alcalæ Abbatem & Complutenſem Doctorem transmiſit, adjecta ſequenti Epiſtola.

„Cum codices noſtros, non ſolum „illuſtriſſimis Hiſpaniæ Epiſcopis ſed „etiam omnium Clariſſimis Theologiæ „Profeſſoribus, & Magiſtris legendos „obtulerim; hoc ipſomet officio erga „Te fungi nequaquam dubito. Hac e„nim in diſputatione ea eſt mens, ut „veritas inquiratur, & cognoſcatur. „Nec ignoras, quam multi ex una, ut „ita dicam, domo, exeant contra nos „libri,

„libri, non ſententiis ſed injuriis gra- Sæc. XVIII.
„ves, qui quamvis ex primis januis A. C. 1715.
„affirment ſe ſpecioſos pedes Evangeli-
„zantium habere, certe tamen factis
„negant Pedes Evangelizantium pacem,
„quare, ſi placuerit, pergratum Nobis
„facies, ſi de tua mente, hac in re
„certiores Nos reddere velis, quod e-
„tiam ab aliis multum confidenter ſpe-
„ramus, tu vero, ſi de Te in aliquo
„bene mereri poſſum, ſcias me tuis li-
„bentiſſime obtemperaturum man-
„datis. „

Ad has vero literas idem Doctor hæc Syndico reſpondit.

„Epiſtolam tuam lætus ſuſciperem,
„mei memorem, ſi non perlegerem ſa-
„cram Facultatem Theologicam Pari-
„ſienſem unanimi conſenſione non ac-
„ceptaſſe Conſtitutionem *Unigenitus*
„SS. Domini Noſtri Clementis XI. nunc
„feliciter in Eccleſia regnantis; ita e-
„nim lego; *inſuper declarat ſacra facultas, falſum eſſe, quod prædictus M. Humblot dixit, conſtitutionem, quæ incipit,* UNIGENITUS, *acceptatam fuiſſe a ſacro Ordine*
„& eligit notum facere Hiſpaniæ Theo-
„logis & Epiſcopis conſtantem hanc &
„unanimem confeſſionem Magiſtrorum
„ſuorum, numero plurimorum: Aca-
„demia illa florentiſſima, ſcientiarum
„fæcundiſſima parens, omnium Theo-
„logi-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„logiæ Scholasticæ Principum Magistra, „hanc non acceptare Constitutionem „*Unigenitus* publice fatetur: *ita obscuratum est aurum, mutatus est color optimus,* „Hæc non est illa sacra Facultas, quæ „olim omnes Academias docuit obe- „dientiam, subjectionem Ecclesiæ sum- „mo vertici, successori Petri, Christi „Vicario, cum assereret Gelasius se- „cundus: *si quis dicat portum Romanæ Ecclesiæ & fluctuantis naviculæ Petri Galliam esse, non mentitur*, & nunc publice „defenduntur Doctrinæ offensivæ su- „premæ Pontificiæ authoritati? *Petra illa, super quam ædificata est Ecclesia, & portæ inferi non prævalebant adversus eam,* „est, de qua scriptum est, qui *ceciderit, super lapidem istum, confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum, singulare periculum, singularem exigit operam, fundamentum concutitur, & tanquam imminenti ruinæ totis est nisibus occurrendum.*

Thren. 4.

Apud Baron. in Gelas. II. Matth. 16. *&* 21. *S. Bernard. l.* 1. *de consid.*

S. Bern. l. 2. *de capt. Babyl. c. de Bapt. de Republ. Christ. l.* 4. *cap.* 7.

„Christus D. Noster Petro & succesſo- „ribus ejus oves suas pascendas com- „misit, dicens, *Simon diligis me, pasce oves meas*, numquid sacræ Sorbonæ „Doctores non sunt de ovibus, quas „Filius Dei S. Petro commisit, *nihil excipitur, ubi distinquitur nihil*, Christus „tamen asseruit, *oves meæ vocem meam audiunt*: audiemus Lutheri Blasphe- „mam vocem, *quo jure Papa super nos leges constituit?* Audiemus istud Apo- „statæ

„ſtatæ impii Archiepiſcopi Spalaten- Sæc. XVIII.
„ſis delirium: *Pariſienſium Doctrina e-* A. C. 1715.
nucleate intellecta, nihil diſcrepat a mea... ſchola itaque Pariſienſis & noſtra eſt: quare ex ejus quoque Doctrina, Papatus nullo poteſt ſolido ſubſiſtere fundamento. A qua „odioſa Calumnia & execrabili impo- „ſtura, pro honore & fama ſua ſe pur- *S. Petr. Damian. opuſc. 6. cap. 34. Ep. 8.* „gavit S. Facultas, *unde, quæſo vos, adverſus impium dogma divino ſancti Zeli fervore concurrite, ſervetur Eccleſiaſtica in ſua puritate Doctrina, nec eam vexare permittatur terrena ſapientium turbulenta verſutia.* Ita Sorbona 15. Dec. An. 1617. „damnavit 47. Prop. Marci de Dominis „apud Becan. l. 5. & l. 2. c. 5.

„Sacram Facultatem alloquar ver- „bis illius venerabilis Antiſtitis ſui ſvo- „nis, qui forte præſcius hujus tempe- „ſtatis, ait, *contra Apoſtolicam Sedem Caput erigitis, dum, quod illa ædificat, vos quantum in vobis eſt, deſtruitis: Et quod illa deſtruit, vos ædificare contenditis: cujus judiciis & Conſtitutionibus obviare, eſt hæreticæ pravitatis notam incurrere.* „Hanc luridam notam ſacra Facultas, „in orbe Chriſtiano celeberrima om- „nium ſubmoveat.„

Mens ſacræ Facultatis eſt, ut veritas *Clem. XI. ad Ep. Gall. 17. Mart. 1714.* *inquiratur, & cognoſcatur. A Cathedra unitatis accipite ſententiam veritatis:* Au- „ſcultate Chryſologum, *in omnibus hortamur*

Sæc. XVIII A. C. 1715.

tamur Te, frater, ut his, quæ a beatiſſimo Papa honorabilis Romæ civitatis præſcripta ſunt, obedienter attendas, quam Beatus Petrus, qui in propria Sede, & vivit & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem, Epiſt. ad Eutich.

„Certiores de Hiſpaniæ Theologo„rum & Epiſcoporum mente eſſe vul„tis? non hic curamus, quod ſerpen„tis virus ſubrepat ſubdolis doctrinis, „quo cardinem Eccleſiæ concutere in„tendunt, jam enim diu de hac im„munitate gratulatur Hiſpanis Cardi„nalis Hiſtoricus, *hoc plane ſibi laudis vindicavit Eccleſia Catholica in Hiſpania, ut non ab erroribus tantum, ſed ab ſuſpicionibus ſe eſſe voluerit immunem, quo factum eſt, ut ex hoc ipſo noſtro ſæculo, cum longe lateque facibus hæreticorum orbis inflammaretur, ipſa illæſa perſtiterit, occurrentibus ſumma celeritate Dei miniſtris, ſi vel tenuem ſcintillam viderint vel latentis ignis indicium*

Baron. ad An. 563.

„Eccleſiam hodie, ipſo in vertice, „cominus impetitam deflebimus, heu! „non tantum ab hoſtibus, ſed ab his, „qui alias ſe juſte jactitarunt filios pri„mogenitos. (Sed nos Hiſpani) *propugnamus ſanctum ac communem Patrem noſtrum tanquam fidei fulcimem, veritatis canonem atque Eccleſiæ caracterem.* Con„ſtitutiones ex cathedra Petri indubie „ſe-

„ſequimur, & omni veneratione ſuſci- Sæc. XVIII.
„pimus: in Concilio Complutenſi con- A. C. 1715.
„firmato a Sixto IV. condemnatus fuit
„Petrus Oxomenſis, nomine etiam hæ-
„reſis, in eo, quod aſſeruit, *Eccleſiam Romæ Urbis errare poſſe*, & ſancta Hi-
„ſpaniæ Generalis inquiſitio proſcripſit
„hanc propoſitionem. *Papam in dirimendis ex Cathedra fidei quæſtionibus non eſſe infallibilem*; ut minimum tanquam
„erroneam & hæreſi proximam.

„Hiſpani Theologi diſcunt ex Aug. *De Verb. Reſcripta Apoſtolica venerunt, cauſſa finita eſt, utinam aliquando ſiniatur error.* Quæ- *Ap. Ser. 2. Ep. Pab. c. 3. l. 1. cap. 21.*
„rimur cum Aug. *Adhuc inſuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere pœnitentiam.* Poſt definitionem ex
„fidei Cathedra deſiderare conſenſum
„Univerſalis Eccleſiæ, ut ſub anathe-
„matis fulmine lex obliget, eſſe omni-
„no falſum, ex ipſo Aug. *Eccleſiæ lingua*, convincimur: *An vero Congrega-* *S. Aug.*
tione Synodi, (ait Magnus Parens de Pela- *contra Pel.*
„gianis.) *opus erat, ut aperta pernicies* *c. 2. l. 4.*
damnaretur, quaſi nulla hæreſis aliquando *contra Bon.*
niſi Synodi Congregatione damnata ſit, *nif. c. ult.*
cum potius rariſſimæ inveniantur, propter quas damnandas, neceſſitas talis extiterit, multæque ſint, atque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari, damnarique meruerunt, atque inde per ceteras devitandæ innoteſcere potuerunt, verum

Sæc. XVIII. A.C. 1715.

rum iſtorum ſuperbia hanc gloriam captan intelligitur, ut propter illos orientis & oc cidentis Synodus congregetur. Orbem quipp Catholicum, quoniam Domino eis reſ ſtente pervertere nequeunt, ſaltem commo vere conantur, cum potius vigilantia & diligentia paſtorali, poſt factum illis com petens ſufficiensque judicium, ubicunque iſt lupi apparuerint, conterendi ſint, ſive, u ſanentur, atque mutentur, ſive ut ab alio rum ſalute atque integritate vitentur.

„Sum Sorbonæ Doctor; Complu„tenſis enim Academia eſt Sorbonæ „Fraternitatis vinculis conjuncta: gra„dus juxta Sorbonæ praxim, ſanctus, „(ita vulgo vocatur), Hiſpaniæ Car„dinalis Dominus meus, erector Aca„demiæ noſtræ, inſtituit, qui Pariſiis „Sorbonica, mei majoris Collegii Ap„pellatione Alphonſina dicitur: ſemper „in gradibus primus fui deſignatus, „centum & ſeptuaginta ſeptem actuum „in Gymnaſio Theologiæ præſidem „egi, per viginti duos annos Cathed„ras a Philoſophia usque ad primariam „ſupremam D. Thomæ moderatus ſum: *ſi quid habeo, a Deo ſumpſi, non a me præſumpſi: atque ab illo in me perfici fi deliter ſpero, a quo inchoatum eſſe humili ter gaudeo, nec in eo, quod adhuc non do navit, incredulus, nec in eo, quod jam dona-*

donavit, *ingratus* (*) hæc dixerim, non „ut prolixa Epistola onerosus sim, sed „ut si mavis exprimere quod judicat „Sorbona difficile in Constitutione *Uni-* „*genitus*, responsum tibi præsto red- „dam, refertum S. Scripturæ, Conci- „liorum, Augustini post Doctorem gen- „tium primi gratiæ Doctoris, & SS. „PP. Testimoniis ad verbum expressis: „cum in opere ex lege & gratia suffi- „cienti, quod jam diu sub prælo est, „justissime esse illa 101 dogmata Apo- „stolico mucrone percussa, solide con- „tendo: aliud in tui obsequium offerre „non potest inutilitas nostra.„ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XVII.

Constitutio Unigenitus a pluribus Germaniæ Episcopis acceptata.

Quo acrius nonnulli Sorbonæ Doctores in Galliis sese notæ Constitutioni opponebant, eo promptiore obsequio Germaniæ Præsules illius observantiam in suis Diæcesibus urgebant, & quidem Franciscus Antonius de Harrach Salisburgensis Archiepiscopus, Princeps & Germaniæ Primas hanc Constitutionem, tam a suis Episcopis Suffraganeis, quam ab Universitate Salisbur- *Refut. du Memoir. tom. 1. pag. 126.*

(*) S. August. Epist. 52.

Sæc. XVIII. A. C. 1715. lisburgensi acceptatam fuisse, die vigesima prima Octobris Anno 1717. datis ad Bissyum Cardinalem hisce literis testabatur:

„Petiit a me Eminentia Vestra ut „eamdem de iis, quæ sequuntur, certiorem redderem.

I. „An non sanctissimi Patris nostri „Clementis XI. Constitutio, quæ incipit: *Unigenitus*, & quæ adversus libellum, cui titulus: *reflexiones morales* „edita est, nota sit apud Nos.

II. An non omnes nostrarum partium Episcopi dictæ Constitutioni constanter adhæreant, eamque pro lata „& sancita lege habeant.

III. „An non nostrarum Academiarum Doctores ac Theologi nefas esse „putent, aliter sentire & docere, quam „in prædicta Constitutione definitum „est.„

„Ut igitur Eminentiæ Vestræ desideriis, eo quo par est, animi obsequio satisfaciam, eamdem ignorare „nolui.„

„Præfatam Constitutionem *Unigenitus* Nobis dudum per rumores & „scripta typis vulgata affatim innotuisse.„

„Haud aliter mihi constare, quam „quod Episcopi mei comprovinciales, „exemplo meo, illam pro justissima „ha-

„habeant, atque tota veneratione am- Sæc. XVIII.
„plectantur, Academiam hanc meam A. C. 1715.
„Salisburgenſem non ſecus ac Græ-
„cienſem unanimi voto memoratam
„Conſtitutionem pro infallibili, & dog-
„matica non cognoviſſe dumtaxat, ve-
„rum etiam palam declaraſſe, ſe ejus
„veritatem omni ſtudio & opera ſem-
„per propugnaturam.„

„Quæ cum ita ſint, enixe optamus,
„ut Eminentia veſtra, quem exinde ad
„componenda Galliæ diſſidia fructum
„ſperat, pro Religionis Orthodoxæ
„bono, atque animarum ſalute, nec-
„non S. Sedis Apoſtolicæ reverentia,
„feliciter percipiat.„

Ipſe etiam P. Franciſcus Schmier Magnificus ejusdem Univerſitatis Rector die decima quinta ejusdem Menſis & anni, nomine præfatæ Univerſitatis teſtabatur, quod ea *ſanctiſſimam & ſapientiſſimam Clementis XI. Conſtitutionem velut oraculum divinæ veritatis, Anteceſſorum exemplo non minus ac aliæ duæ Univerſitates, nominatim Salmanticenſis & Conimbricenſis, pro viribus & omni poſſibili modo defendere, propugnare, & venerari parata ſit, ſicuti de facto per P. Profeſſorem controverſiarum publice ex Cathedra docet, propoſitiones in dicta Conſtitutione damnatas, Apoſtolico judicio certiſſime & veriſſime damnatas & proſcriptas*

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

fuisse. Idem acceptationis factæ testimonium eodem anno die decima octava Decembris Ferdinandus Comes de Khünburg Pragensis Archiepiscopus pro se, cunctis suis Episcopis, & Bohemiæ Universitatibus dedit, & per speciale mandatum jam hoc anno die undecima Martii cunctis fidelibus sibi subjectis proscripti libri usum interdixit: Ejusdem quoque tenoris erant mandata Joannis Conradi de Rheynach Basileensis Episcopi, Corbeiensis, & Fuldensis Abbatum ac Principum.

Celebris quoque est Universitatis Colonienſis declaratio hoc anno die octava & undecima Januarii habita: quæ proin integra, utpote ad probandam universalis acceptationis veritatem haud parum conferens, huc inferi meretur: erat autem hujus tenoris:

„Hæc Constitutio a Reverendissimo „& Sereniſſimo Principe Electore, & „Archiepiscopo Colonienſi, typis data „& solemniter publicata fuit, omnibus „ac præsertim S. Facultate Theologica „eam æque reverenter & obedienter „suscipientibus, ac proinde nullum sibi „supereſſe dubium, quin in animis omnium, & singulorum hujus Facultatis „suppositorum habuerit suum plenum, „integrum, & a Sede Apostolica desideratum effectum, Nihilominus, quia „noto-

„notorium est, in dies ex aliis regioni- Sæc. XVIII.
„bus clam & subdole inferri in hanc A. C. 1715.
„Archidiæcesin, & civitatem Colonien-
„sem libellos, Mandamenta, instructio-
„nes, dialogos, diverso idiomate scri-
„ptos, & alibi impressos, quorum ali-
„qua minus reverenter de Sede Apo-
„stolica ejusdemque Constitutionibus
„dogmaticis sentire videntur, præci-
„pui etiam hujus, vastissimæ Archi-
„diæcesis, in qua Catholici cum hæ-
„reticis ex pace publica permixtim vi-
„vunt, incolæ, in hac & similibus
„caussis singularem reflexionem habere
„dignoscantur, ad sensum sacræ Facul-
„tatis Theologicæ Colonienſis, imo vi-
„deantur in his rerum circumstantiis
„tacite aliquam ejus expressam postu-
„lare declarationem. Idcirco judicare
„se, opportunum, & tempori congruen-
„tissimum fore, si sacra Facultas, ido-
„neam sui sensus explicationem, ad
„multorum instructionem daret, circa
„memoratam Apostolicam Constitutio-
„nem *Unigenitus*. „

„Qua propositione facta, eximii DD.
„S. Facultatem Theologicam, consilio,
„& authoritate Regentes, laudave-
„runt omnes Zelum D. Decani, & col-
„latis inter se consiliis, jusserunt in-
„dici Congregationem generalem to-
„tius Facultatis sub juramento, quo

Sæc. XVIII. A. C. 1715. „eidem adstringuntur, id est, tam Ma„gistrorum, quam Licentiatorum, Bac„calaureorum & Auditorum, in diem „undecimam Januarii proximam in Au„la Theologica, hora undecima matu„tina, ad declarandum in ea S. Facul„tatis sensum circa prædictam Consti„tutionem, quæ incipit, *Unigenitus Dei* „*Filius*, omnes simul hortando, ut in„terea mature deliberent, quod circa „eam opportunius & efficacius, re„solvi & declarari possit & debeat.„

„In Congregatione Generali Facul„tatis Theologicæ habita in aula Theo„logica die undecima Januarii anno mil„lesimo septingentesimo decimo quinto, „omnibus considentibus, atque expo„sitis caussis hujus Congregationis ge„neralis juffit D. Decanus alta voce per „Pedellum prælegi Constitutionem dog„maticam supremi Pontificis, quæ in„cipit, *Unigenitus Dei Filius*, quo per„acto mandavit, ut omnia & singula „Collegia mature, & solum Deum præ„oculis habendo, deliberarent, & li„bere declararent, an & quid circa hanc „Constitutionem declarari possit, & o„porteat a S. Facultate Theologica. „Convenientibus ergo singulis Collegiis „seorsim, ut moris est, & facto debito „intervallo, processit S. Facultatis Theo„logicæ Fiscus, & impetrata loquendi „licen-

„licentia expoſuit, ſe ex omnium Col-
„legiorum deliberationibus, & Conſul-
„tationibus cognoviſſe, omnium & ſin-
„gulorum animos & vota conveniſſe &
„convenire. „

I. „Quod Romani Pontificis judi-
„cium & determinatio ſolemnis, & ex
„Cathedra, in materia fidei & mo-
„rum, ſit ſe ſola infallibilis, & irre-
„fragabilis eſſe debeat toti Eccleſiæ &
„omnibus vere Chriſti fidelibus: ita ut
„tali definitioni non ſatis fiat, ſi eidem
„obſequioſo & reverentiali tantum ſi-
„lentio exterius non contradicatur, nec
„proviſionaliter tantum illi ſit obedien-
„dum, ſed ſimpliciter juxta intentionem
„Pontificis, ex animo, & per omnia,
„eidem conformando ſenſus ſuos inter-
„nos. Ac proinde.„

II. „Conſenſum ſeu acceptationem
„fidelium, non eſſe authoritativam,
„nec definitionibus, aut Conſtitutioni-
„bus dogmaticis Romani Pontificis,
„aliquem addere vigorem, aut effica-
„ciam, quin potius ex eo, quod Ec-
„cleſiæ conſenſus ſemper acceſſerit, de-
„cretis & Conſtitutionibus Rom. Ponti-
„ficis in materiis fidei & morum: cer-
„tiſſimum eſt ex omni retro ſæculorum
„hiſtoria, judicium, & determinatio-
„nem ſolius ſummi Pontificis habitam

Sæc. XVIII A. C. 1715

„fuisse, & habendam pro infallibili &
„irreformabili „

III. „Credere omnes, non requiri
„ut aliqua Bulla Pontificis dogmatica
„sit, & dicatur ab Ecclesia acceptata,
„quod fiat solemnis, & expressa ac-
„ceptatio ab Ecclesiis particularibus:
„sed sufficere, quod Papa loquatur, &
„Ecclesia taceat. Exemplo primorum
„Christianorum, ad quos *surgens Pe-
trus, dixit*, Act. 15. *viri Fratres, vos
scitis, quoniam ab antiquis diebus, Deus
in nobis elegit, per os meum audire gentes
verbum Evangelii, & credere &c.* & in-
„fra, *tacuit autem omnis multitudo.* Nec
„se conveniisse ad recipiendam & acce-
„piendam Bullam *Unigenitus* &c. sed
„ad debitam ei reverentiam & obedien-
„tiam præstandam, quam præstiterunt,
„præstant, & præstabunt, Deo & vita
„comite, semper.„

„Quibus ab eodem ita recitatis, ro-
„gavit D. Decanus, an D. Fiscus om-
„nium & singulorum mentem & sensum
„in punctis præfatis probe sit assecutus,
„& an omnia & singula in Bulla con-
„tenta laudent, probent, & damnata
„damnent, ore & animo, eisque con-
„formiter imposterum credere, docere,
„profiterique velint? Et respondérunt
„unanimiter: *Laudamus, probamus, dam-
nata damnamus, ore & animo, credimus,*

doce-

docebimus, & profitebimur, nec a definitis recedemus, quamdiu sumus. Sæc. XVIII. A.C. 1715.

„Subintulit ergo idem D. Decanus: „censetisne igitur, agendas esse gratias Deo, & acclamandum summo Pontifici de edita tamdiu desiderata, & „tam necessaria hac Bulla, respondent omnes. *Roma Rescripta venerunt, causa finita est, utinam & error aliquando finiatur.*

DEO SINT GRATIÆ, CLEMENTI XI.

Urbis & orbis Pontifici, vita prosperrima, sospitas perpetua, gloria sempiterna? Huic Universitatis declarationi subscripti legebantur viginti quinque Doctores, postea de hac sua declaratione Facultas certiorem reddidit summum Pontificem, qui etiam die vigesima septima Aprilis, ad Decanum ceterosque Professores has dedit literas.

„Majorum vestrorum solidam, præstantemque pietatem, ac eximium orthodoxæ doctrinæ tuendæ Zelum undique redolent literæ, quas nuperrime ad Nos dedistis, filialis etiam, atque perpetui vestri in sanctam hanc Sedem obsequii significationibus cumulatas. Eas idcirco magno cum animi nostri solatio perlegimus, sinceramque obe-

Sæc. XVIII. A. C. 1715. dientiam ac ſubjectionem, quam Con ſtitutioni noſtræ *Unigenitus Dei Filiu* luculenter profitemini, tantopere gra tam habuimus, ut non modo præclar ac veteri noſtræ de veſtra virtute opi nioni, ſed etiam paternæ, qua Roma norum Pontificum prædeceſſorum no ſtrorum exemplo, vos omni tempor complexi ſumus, charitati non levi inde facta acceſſio fuerit, quod reipſ vobis comprobare non omittemus, ut congruæ Nobis offerentur opportun tates iſtius Univerſitatis ornamenta commoda, ſicuti maxime cupimus promovendi. Cæterum quod libru attinet inſcriptum, *defenſio ſcriptor Theologicorum de gratia Chriſti*, præv diligenti, maturoque ejus examine lud ſtatuemus, quod in Domino exp dire arbitrabimur; interim vero dilec Filii, in Pontificiæ benevolentiæ argu mentum, Apoſtolicam benedictione Vobis amanter impertimur. „

Non minus ſolemnia erant teſtimo nia Cardinalis Boncompagni Bononien ſis, & Cardinalis Fliſchi Genuenſ Archiepiſcoporum, necnon Petri Ve netiarum Patriarchæ & Joſephi Panor mitani ac Joſephi Migliacii Meſſanenſi & Cardinalis Pignatelli Neapolitani Ar chiepiſcoporum, qui omnes teſtaban tur, Conſtitutionem ab omnibus eorum

Suffra

Suffraganeis, atque Universitatibus fuisse promulgatam, & debita submissione receptam. Tarnius quidem Taurinensis Vicarius Generalis fatebatur, quod hæc Constitutio ob funestos tumultus non fuerit palam promulgata, a se tamen omnibusque Archiepiscopatus Suffraganeis & Doctoribus omni obsequio recepta. In Hispania quoque Cardinalis de Judice Inquisitor Generalis pro hujus Constitutionis acceptatione mandatum per universum Regnum edidit; idem quoque factum est a Toletano Archiepiscopo atque Inquisitoribus Toletanis, & Lusitanis necnon ab Avilano Segobiensi, & Saguntiano Episcopis, atque a Cæsar-Augustano nomine Arragoniæ Episcoporum & Burgiensis & Granatensis pro suis quisque Suffraganeis, Capitulis, Universitatibus & totius Hispanici Regni Ordinibus. His accessere Blasius Turiasonensis Episcopus, Cardinalis Arria Hispalensis Archiepiscopus, unacum suo Capitulo, Petrus Pacensis Episcopus unacum Universitate Salmanticensi, qui unaomnes datis ad ipsum Papam literis de hac Constitutione ubique promulgata & recepta fidem fecere. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Pari animi promptitudine jam anno priori in Belgio Ferdinandus Comes de Berlo Namurcensis Episcopus, & vacan-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

vacante Sede Yprenſi & Brugenſi V carii Generales, necnon Petrus G varts Boſcodunenſis Vicarius, Am tus Vicarius Mechlinienſis & F. Ang lus Comes d'Ongyes Ruremundenſi & Gandavenſis, atque Petrus Joſeph Antverpienſis, Joannes Erneſtus C mes de Löwenſtein Tornacenſis, Fra ciſcus de Valbella Audomaropolitan Epiſcopi per ſpecialia mandata Conſ tutionem in ſuis Diæceſibus accept curarunt.

Præter hos inſuper in Galliis ce tum octodecim Archipræſules [& Ep ſcopi priori & hoc anno Conſtitutione ſe acceptaſſe & promulgaſſe, pala teſtabantur, atque inter eos præcip Franciſcus Lugdunenſis Archiepiſcop die vigeſima nona Aprilis ob præſtita hanc obedientiam a ſummo Pontifi promeritis laudibus commendabatur impenſe etiam admonitus, ut Jan nianæ hæreſis mala germina ſuccr ſcentia radicitus extirpare ſtudeat.

§. XVIII.

Duacenſis Univerſitatis teſtimoniu de acceptata Conſtitutione.

Errores Quesnell. pag. 167. Refut. du Mem. part. 3. p. 150.

Jamjam die ultima Julii anni priori Facultas Theologica Duacenſis pr acceptanda Conſtitutione ſua habui

com

comitia, in quibus Doctores de suprema Pontificis auctoritate, de schismate vitando, malisque inde orituris, necnon de unionis necessitate, ac Constitutionis robore ab explicationibus non dependente quamplurima eruditissime differebant, ac denique die tertia Augusti palam profitebantur, se hanc Constitutionem recipere pure, simpliciter, sine ulla distinctione, expositione, seu interpretatione, & cum plena ac sincera mentis adhæsione ad ea omnia, quæ in illa definiuntur: se proinde unam & centum propositiones, sicut & opus, ex quo excerptæ sunt, sub iisdem censuris damnare, sub quibus in præfata Constitutione damnantur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„Se & reliquos fideles obligari in conscientia, & sub gravissimo schismatis & hæresis peccato, ad hanc fidei consensionem.„

„Sibi persuasum esse, novam Constitutionem comparatam ad rerum Theologicarum peritos, ad humiles, ac obedientes Ecclesiæ filios non minus esse claram, quam, quæ alias editæ sunt adversus Wicleffum, Joannem Huss, Lutherum, Bajum, Jansenium, Molinos, & casuistas laxiores, ac rigidiores &c. quam multi canones a conciliis generalibus con-

„diti.

Sæc. XVIII. A. C. 1715. „diti. Cæterum illam non minus ac „ceptandam, etsi respectu aliquorum „privatorum, aliqualiter obscura foret „quemadmodum Biblia vulgatæ ver„sionis ab omnibus recipiuntur, etsi non „pauca in iis sint obscura: illos vero, „qui Constitutionem nonnisi explicatam „tam recipere volunt, non ipsam Con„stitutionem, sed suas explicationes „præconceptis opinionibus conformes „recipere, illos non obedire voci pa„storis, sed propriis placitis superbe „& pertinaciter inhærere; Lutheranos „& Calvinistas etiam paratos recipere „quasvis Constitutiones pontificias, „ipsumque Concilium Tridentinum, „sub explicationibus sibi placentibus.„

„Suo ac evidenti constare judicio, „quod Tridentinum non reliquerit Scho„lis Catholicis libertatem tuendi certas „opiniones, aut certa systemata, ra„tione cujus Constitutiones dogmati„cæ, quæ iis Scholarum placitis vi„derentur contrariæ, respui possent, „hanc cavillationem viam aperire in„novandis multis propositionibus dam„natis, quæ alias in Scholis defensæ „sunt.„

„Se generatim rejicere omnes frau„des & cavillationes, quibus aliqui No„vatores vim præfatæ Constitutionis „infringere conantur, ac simul vehe„men-

„mentissime hortari discipulos, ut ho- Sæc. XVIII.
„die præsertim caveant a lupis rapaci- A. C. 1715.
„bus ovina pelle indutis, ab hominibus superbis habentibus speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantibus: ut identidem legant tractationem perutilem Francisci Simonis *de fraudibus hæreticorum*, aut librum „Gallicum ex priori excerptum, cui „titulus: *Hæreticorum artes:* unde intelligent antiquos hæreticos iisdem „artibus usos, quibus moderni novatores utuntur,„

„Maxime mirum esse, quod alii„qui se Catholicos vocitantes præfatas „propositiones aut nolint anathematizare, aut ægre anathematizent, cum „omnes fere, pauciſſimis exceptis, in „antiquis & recentioribus prophanarum novitatum authoribus a Conciliis „generalibus, & summis Pontificibus „sint prædamnatæ.„

„Se cum Christi gratia paratos mori „pro æquitate, ac robore præfatæ Con„stitutionis, quam ad perpetuam & „vegetam rei memoriam actis sacræ „Facultatis inseri voluerunt ac juss„erunt.„

„Se nunquam passuros, ut ullus „ad sacræ Facultatis gradus promovea„tur, qui vel leviter suspectus fuerit, „de inobedientia erga sæpe dictam con„stitu-

Sæc. XVIII. A. C. 1715

„ſtitutionem, aut qui circa illam in
„terrogatus, tergiverſatus fuerit, ve
„non reſponderit conformiter huic e
„jusdem Facultatis profeſſioni. Actum
„eſſe de Epiſcopis, & univerſa Eccle
„ſiæ hierarchia, ſi conceſſa a Deo Se
„dis Apoſtolicæ jura non aſſerantur
„firmirer, ut probant luculentiſſima
„ſed triſtiſſima multorum Regnorum
„ac Provinciarum Orientis, & Occi
„dentis exempla, ubi Clerus contem
„pto illius Sedis primatu, & Privile
„giis in eo contentis, ſine honore, ſine
„jurisdictione, imo & ſine bonis a
„ſuſtentationem decentem neceſſarii
„aut convenientibus, in pudendam
„& miſerabilem poteſtatis laicæ ſervi
„tutem redactus eſt: illos hodie reipſa
„efficaciſſime, & per cuniculos adver
„ſari Sedis Apoſtolicæ principatui, qu
„quidem vacuum & inane primatus
„Pontificii vocabulum retinent, & præ
„dicant, ſed ſolemnibus fidei decreti
„ex Petri cathedra manantibus perti
„naciter obſiſtunt.„

Nec hac ſubmiſſionis teſtificatione contenti Theologi Duacenſes, inſuper ex S. literis, ſummis Pontificibus, Conciliis, S. Patribus, aliisque Authoribus Eccleſiaſticis demonſtratum ibant, neceſſe eſſe, ut fideles cum D. Petro, ejusque Succeſſoribus pepetuo conſentiant,

sentient, nisi ab ovili Christi, ut oves putridæ sejungi malint. Huic declarationi Facultatis Decanus, viginti novem Doctores, Licentiati ac Professores subscripsere. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XIX.

Lovanienſis Univerſitatis Vindiciæ contra falſos rumores.

Cum vero Lovanienſis Univerſitas publicum ejusmodi acceptationis teſtimonium reddere tergiverſaretur, mox turbidi Pariſienſes Theologi in vulgus ſparſere, quod Lovanienſes Conſtitutionem *Unigenitus* tanquam hæreticam atque impiam rejecerint. Id ubi reſciverat Duacenſis Univerſitas, de Lovanienſium honore ſollicita mox die vigeſima ſecunda Junii ad hanc Univerſitatem has dedit literas:

„Magno cum dolore intelleximus, „idque ex certis documentis, quos„dam Sycophantas Pariſiis, ac in tota „Gallia ſparſiſſe, vos conſtitutioni Apo„ſtolicæ *Unigenitus Dei Filius*, infenſos „eſſe, vos illam Conſtitutionem ut hæ„reticam ac impiam rejeciſſe, ſi qui in „Galliæ Regno, hac ſycophantia com„moveri debuerunt, nos ſane potiſſi„mum debuimus, qui Facultatem ve„ſtram ut Chariſſimam Matrem noſtram „ſu-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„ſuſpicimus: qui vos ut amicos anti-
„quo fœdere ſociatos ſincere diligimus,
„ac æternum pariter diligere volumus:
„qui veſtram, majorumque veſtrorum
„eruditionem, ſolertiam, ac in tuen-
„da ſummorum Pontificum infallibili-
„tate Concordiam ſæpe laudavimus,
„ac demirati ſumus, qui denique erga
„vos ut noſtrates, ſeu Belgii noſtri in-
„colas, & quidem de Eccleſia noſtra
„Belgica, optime meritos propenſiſſimi
„ſumus. Viri ſapientiſſimi, noſtri officii
„ac muneris eſt, ut de impacta ca-
„lumnia vos quamprimum certiores fa-
„ceremus, unaque inſtantiſſime roga-
„remus, ut famæ veſtræ & bono pu-
„blico conſulentes, hanc atrocem in-
„juriam depellere non gravaremini;
„quod abunde præſtiteritis, ſi palam
„ſignificare volueritis, vos pure, ſim-
„pliciter, ac ſine ulla exceptione &
„explicatione præfatam Conſtitutionem
„recipere; hac enim profeſſione calum-
„niatores, eorumque complices con-
„fundentur: qui ab eis deluſi fuerint,
„opinione ſiniſtra levabuntur: ſicque
„integra ſtabit Collegii veſtri fama &
„gloria. Sinite igitur, viri Zeloſiſſimi
„& undequaque ornatiſſimi, ut tan-
„quam amici de rebus veſtris ſolliciti,
„hanc ſenſuum veſtrorum declaratio-
„nem a vobis expoſcamus, quam ab
„huma-

„humanitate & ſapientia veſtra avide „expectantes, ſumus ex intimo cordis „affectu, & magna cum reverentia &c.„ Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Acceptis hiſce literis Lovanienſes die octava Julii hanc reddidere epiſtolam. „Ex literis, quas die vigeſima „ſecunda Junii proxime elapſi ad nos „dediſtis, non absque ingenti admira„tione, nec minori, ut juſtum eſt, in„dignatione percepimus, eximiis ve„ſtris dominationibus, certis ex docu„mentis conſtare, quosdam Pariſiis, „ac per totam Galliam ſparſiſſe, nos „Conſtitutioni Apoſtolicæ, quæ inci„pit: *Unigenitus Dei Filius*, infenſos eſſe, „illamque, ut hæreticam & impiam, „rejeciſſe. Sane non poterat effingi, „quod magis alienum foret, non a ve„ritate duntaxat, ſed ab omni quoque „ſpecie vel apparentia veritatis, quan„doquidem talia apud Nos, vel per „Nos publice data ſint documenta, „quæ ſole clarius demonſtrant, om„nes & ſingulos Facultatem noſtram „Theologicam conſtituentes, præfatam „Bullam *Unigenitus*, cum debita, id „eſt, vera & integra, tam interiori „quam exteriori obedientia ſuſcepiſſe, „ac ſuſcipere. Nam ut omittamus, „omnibus literatis notum eſſe, vel eſſe „debere, quod Facultas noſtra exem„plo majorum ſuorum ſemper ac con-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„ſtanter ſteterit, & hodiedum ſtet, pr
„Romani Pontificis, & univerſalem
„Eccleſiam in materia fidei aut mo
„rum docentis, infallibilitate, quod
„que proinde Conſtitutiones omne
„Apoſtolicas, tam eas, quæ contr
„Bajanos & Janſenianos errores ac hæ
„reſes editæ ſunt, quam alias quas
„libet corde & ore receperit, ac reci
„piat: illam ipſam conſtitutionem *Uni*
„*genitus*, ab initio, etiam ante publi
„cationem juſſu Superiorum Lovani
„factam, omnes & ſinguli amplexi ſu
„mus pure, ſimpliciter, ſine hæſita
„tione, ſine exceptione, ſine explica
„tione, palam agnoſcentes, Beatum
„Petrum per Clementem XI. in eadem
„fuiſſe locutum. Quin, eo ipſo, qu
„innotuit memorata Conſtitutio, du
„ex nobis, in ſolemnitate admiſſioni
„aliquorum ad Magiſterium, orationem
„ſpecialem habuerunt ſuper Conſtitu
„tione *Unigenitus*, illam annuntiantes
„& laudantes, ſæpe quoque in Theſi
„bus impreſſis in Schola noſtra pro
„pugnatis facta eſt mentio illius cum
„elogio: & quotidie fere in publicis di
„ſputationibus citatur ab oppugnanti
„bus, & jubentur propugnantes, do
„ctrinam ſuam ſecernere ab omni pro
„poſitione, quæ in Bulla *Unigenitus* eſt
„damnata. Præterea notum eſt, quod
„ne

„nequaquam ferret noſtra Facultas, Sæc. XVIII.
„ullum in Schola noſtra defendere, A. C. 1715.
„præſidere, aut docere, qui aliter ſa-
„peret. Ex his evidentiſſime perſpi-
„cere poſſunt, eximiæ Dominationes
„veſtræ, quod nequiter & falſo ſparſi
„ſint prædicti injurioſi rumores, addi-
„mus tamen ex abundanti, quod ubi
„lectæ fuerint literæ, quibus nos ho-
„noraſtis, ſinguli uno ore ac animo,
„eodemque momento reclamaverint
„contra ſparſam de nobis injuſtiſſimam
„calumniam, atque in contrariam pro-
„teſtationem juſta indignatione erupe-
„rint. Aberat quidem Lovanio unicus
„de facultate noſtra eximius Pater Boſ-
„ſuit Provincialis Ordinis Eremitarum
„S. Auguſtini, ſed probe novimus,
„ipſius mentem noſtræ eſſe conformem.
„Quamvis vero non foret opus de novo
„convenire, ut determinaretur, quid
„literis veſtris eſſet reſpondendum; ta-
„men ut conſtaret nihil præpropere,
„ſed pro rei gravitate eſſe mature pro-
„ceſſum; concluſum fuit, Facultatem
„noſtram ſub juramento eam in rem
„eſſe convocandam, itaque in Congre-
„gatione ſub juramento habita compa-
„ruerunt omnes, excepto præfato exi-
„mio Patre Provinciali, & poſt matu-
„ram deliberationem, ex unanimi ſuf-
„fragio concluſum fuit, *eximiis domina-*

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

„tionibus *veſtris*, præter jam dicta re-
„ſpondendum eſſe, quod agnoſcamus,
„& ſincere ſentiamus, omnia & ſingula
„rite, legitime ac juris ordine peracta
„eſſe in negotio concernente librum Gal-
„lico idiomate impreſſum, & in plures
„tomos diſtributum ſub titulo: *No-*
„*vum Teſtamentum* &c. vel alio titulo:
Synopſis moralis doctrinæ Evangelii,
Actuum Apoſtolorum &c. Palamque pro-
„fiteamur, omnes & ſingulas propoſi-
„tiones per præfatam Bullam *Unigeni-*
„*tus* damnatas, fuiſſe vere damnabiles,
„& vere rectèque damnatas eſſe, etiam
„ſub eorum reſpective Cenſuris. Eccæ
„genuina & aperta, *Eximii viri & Do-*
„*mini*, ſenſa noſtra, quæ non vobis ſo-
„lum, verum etiam Urbi ac orbi toti
„cupimus eſſe nota, ut ſic quoque ob-
„ſtruantur ora loquentium iniqua: Ce-
„terum vobis grates referimus, quam
„poſſumus, maximas, tum quod juſte,
„de nobis ſentientes non dederitis fi-
„dem detractoribus iſtis nominis & fa-
„mæ noſtræ, tum quod de rebus no-
„ſtris ſolliciti, ſicut fas eſt & decet
„meminiſſe fratrum, amice nos com-
„monueritis, quatenus injuriam iſtam
„tam atram quam atrocem nobis im-
„pactam depelleremus, prout eam hiſce,
„quantum confidimus, omnino depel-
„limus, porro dum veſtris viciſſim ob-
„ſequiis

„ſequiis intime ſumus intenti, perenni „cultu ſubſcribimur &c. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Ex his literis non modo utriusque Univerſitatis obedientia erga Pontificis definitionem elucet, ſed vel maxime malæ Quesneliſtarum deteguntur artes, quibus ſuæ pervicaciæ ſocios & patronos, improſpero tamen ſucceſſu, ubique emendicabant, uti ad annum ſequentem plura & indigna ejusmodi molimina a Racheveto Syndico attentata recenſebimus.

§. XX.

Emanuelis Theodoſii Boullionii Cardinalis obitus.

Quam adverſis novercantis fortunæ injuriis agitatus fuerit Emanuel Theodoſius Boullionius, jam ſupra retulimus: hoc tandem anno mors omnibus ejus fatis finem impoſuit. Erat hic Princeps a teneris mente ad optima facili, & a vitiis aliena præditus, accedebat felicitas ingenii, quod Philoſophicis & Theologicis diſciplinis mire excoluit, atque in jurisprudentiæ ſtudio tantos fecit progreſſus, ut omnes honores Academicos in Sorbona emereretur. Tanti habebatur a Ludovico XIV. Galliarum Rege, ut ab eo pinguibus Abbatiis, & Regii Eleemo-

Vid. ſupra t. 66. l. 212. § 92 p. 574. Vit. Card. t. 1. p. 201.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

finarii dignitate auctus, ad ejus pre-
ces a Clemente IX. Purpura Roman
decoraretur Postea a Leodiensi Ca-
pitulo in Præpositum electus, & Clu-
niacensi Abbatiæ, totique Ordini præ-
fectus quo magis a Pontifice protege-
batur, eo majorem Regis indignatio-
nem sibi accersebat. Ut vero tranquil-
liore aura frueretur, ex Francia Ro-
mam venit; sed nec ibi a Regis ira ce-
terorumque æmulorum invidia tutu
erat; quippe eo ferme momento, qu
sacri Collegii Decanatum spe sua jam
jam devorare cæperat, Roma ad suam
Abbatiam Cluniacensem tanquam a
exilium reverti jubebatur; inter arc
prehensus Cardinalis, Papam rogabat
ut propter absentiam suam a Decana-
tus fors interim vacantis possessio
non excluderetur, qua tamen gratia e
denegata, Emanuel Urbe quidem
excesserat, in Franciam tamen revert
renuit; igitur Capraolam delatus
juvenem, quem a secretis habuit, una-
cum literis ad Regem ablegavit, expo-
nens, quod Gallicæ coronæ studio De-
canatus dignitatem sibi asserere coge-
retur, priusquam ad designatum exilii
sui locum secederet, obtento autem
hoc munere mox ad suam Abbatiam
progressurus esset. Inde vero Rex im-
potentiori ira commotus, a Pontifice
petiit,

petiit, ut Emanuelem utpote læsæ Majestatis reum a Decani officio arceret, Cardinali autem Rex præcepit, ut intra novem dies Roma ad exilium suum pergeret, secus omnibus suis officiis & honoribus privandus: Ast Pontifex æquo durius cum Bullionio agi animadvertens, eidem Decani dignitatem asseruit, datisque literis Regem pro eo deprecatus est. Sedente autem Clemente XI. Roma Cambrium in Sabaudia secessit, ubi iterum a Rege jussus, tandem ad Cluniacensem Abbatiam contendit, ibique captivo similior vitam tædio plenam egit, editoque scripto suam agendi rationem vindicavit: obtinuit tamen in Franciam redeundi facultatem, dummodo trigi.ta leucis Lutetia abesset; primo igitur Diviodunum, postea Aurelias, ac demum Rothomagum venit, Mentenoniæ autem invidia eum ubique insequente, in Belgium aufugit, quo comperto a Parisiensi Senatu perpetuo exilio mulctatus, omnibus suis bonis & reditibus spoliabatur, ipse vero suam libertatem omnibus bonis potiorem habens, Romam reversus est, ubi Pontifex Parlamenti sententiam contra Bullionium latam omnino irritam, nullamque declaravit, eamque abrogari petiit, & Imperator eidem annuos triginta Im-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII A. C. 1715

perialium millium reditus ex Belgii Ecclesiis assignavit, qua tamen liberalitate Bullionius haud potiri valuit; paulopost enim acerbis pleuritidis doloribus obrutus, die secunda Martii anni ætatis septuagesimo primo Romæ decessit, ob præclaras animi dotes benigniore fortuna dignissimus.

§. XXI.

Benedicti de Sala Cardinalis decessus.

Guarnacc. Vit. Pontif. t. 2. p. 203. Vit. Card. l. c. p. 211.

Alter ex Cardinalibus hoc anno decessit natis erat Benedictus de Sala nobilis Hispanus, qui sub Parentum disciplina, & Magistrorum præceptis ex cultus, num plus laudis habuerit e pietate, an literarum præstantia, dubium reliquit: Annum agebat ætatis duodecimum, cum jamjam sanctioris vitæ desiderio incitatus, Ordini Benedictinorum in Congregatione Cassinensi nomen daret, atque in Monasterio B. Virginis de Monte Serrato solemnibus votis sese Deo obstringeret. Jussu suorum Superiorum Philosophiam & Theologiam in pluribus Ordinis sui Collegiis multos annos docuit, in ipsa Universitate Salmanticensi Doctoratus laurea decoratus, & in eadem publicus Theologiæ Professor declaratus. Tanti

indi

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

inde Viri fama atque existimatio percrebuerat, ut in proximis comitiis in Definitorem & Visitatorem Generalem, ac demum in Montserratensem Abbatem eligeretur. Pluribus postea aliis insignibus Cœnobiis præpositus, & supremus in Hispanicis Regnis fidei Inquisitor, necnon Abbas S. Mariæ de Rivopullo & demum recusatis pluribus Infulis & præcipue Tarraconensi Archiepiscopatu ultra oblato Barcinonensis Episcopus designabatur, a Carolo III. Austriæ Archi-Duce, qui tum Cataloniam occupaverat, sanctiori Senatui adscriptus: ubi vero Philippus V. per Ultrajectensem pacem in Hispaniæ Regem assumptus fuerat, Benedictus suam Ecclesiam, quam piissimis legibus emendatam, moribus intaminatis ornaverat, relinquere coactus, Avenionem secessit, ubi non modo Pontificis, sed & Caroli Imperatoris patrocinio tutus, ad ejusdem preces a Clemente XI. inter Cardinales relatus est, & Avenione rubrum Galerum accepit, inde vero Mediolanum profectus, Abbatiam S. Dionysii sibi a Cæsare donatam possedit, religione, doctrina, animi magnitudine, & humanitate omnibus percharus: Hoc autem anno Romam contendens, frequenti ægritudine opprimebatur, ac tandem laboribus

&

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

& senio confectus, ex iterato apopl
xiæ tactu prima Julii annos natus f
xaginta novem Purpuram cum vi
exuit, sepultus in Ecclesia S. Pauli B
nedictinorum extra muros.

§. XXII.

Quatuor Præsules a Clemente X Papa Cardinalium Collegio adscripti.

Cimarol. Memor. pag. 763. Orat. Consist. Clem. XI. pag. 123.

Horum jacturam summus Pontif
nova Cardinalium inauguratio
die vigesima nona Maij compensab
Hos inter primus erat Damianus Hu
S. R. J. Comes de Schönborn Cardin
lis Diaconus. II. Henricus Thiard
Bissy Meldensis Episcopus, acerrim
Quesnelliſtarum hostis, quem summ
Pontifex in pleno Purpuratorum S
natu his verbis commendabat: *Ep
eximia in Nos, in Ecclesiam univers
imo & ipsam religionem Catholicam meri
sive pro Ecclesiastica libertate tuenda, cu
Ecclesiæ Tullensi præesset, sive pro Orth
doxæ doctrinæ veritate propugnanda, po
quam ad Meldensem translatus fuit, vol
satis comperta sunt, & nota.* III. Fa
bius Olivieri literarum Apostolicarum
Secretarius, Cardinalis Diaconus tit
SS. Viti & Modesti, de hoc Viro Pon
tifex sequens protulit elogium: *ejus ho
nesto*

neſtos mores, ſedulitatem, patientiam, ac inprimis illibatam fidem longo triginta ſex annorum contubernio probavimus. Hic ſolus die ſexta Maij Cardinalium numero accenſebatur. IV. Innicus Carracciolus Lucernenſis Nuntius Presbyter Cardinalis tit. S. Thomæ in Parione. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXIII.

Succeſſus Pontificii mandati contra Sinenſes Ritus.

Poſtquam fama de Pontificis Conſtitutione contra Sinenſes Ritus anno hujus ſæculi decimo edita in Sinarum Imperium pervolaverat, ex præcipuis horum Rituum defenſoribus, quorum auctoritas apud Sinarum Imperatorem erat ſumma, eundem ſupplices adiere, ut Pontificis literas, utpote totius Nationis legibus & conſuetudinibus contrarias recipi, Regio edicto prohibere vellet: nec his contenti, inſuper Romam ad ipſum Pontificem perſcripſere, quod ipſi Pontificia decreta contra hoſce ritus executioni dare præpedirentur, repugnante ipſo Imperatore, atque ex literatorum ſecta præcipuis juxta ac potentiſſimis, proin nil conſultius foret, quam totius rei controverſiam Conſilio & Orientalium Epiſcoporum, utpote de cauſſæ meritis probe inſtructorum

Deeinem hiſt. Eccl. ſect. 1. §. 7. Hiſt. Cont. Chron. p. 44. Abregé Chronol. pag. 522. Relat. Abregé fol. 392.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

ctorum judicio relinquere: nihilominu tamen Peckinenſis Epiſcopus, qu Linzingteorei morabatur, quampri mum præfatam Pontificis Bullam ex eunte anno hujus ſæculi decimo terti receperat, mox Menſe Januario pe Carolum Caſtoranum ſuum Vicarium Generalem refractariis hiſce Miſſiona riis Pontificis mandatum inſinuabat Hic quidem ad frangendam eorum du ritiem cunctos ſubmiſſæ eloquentiæ fon tes exhauriebat; ſumma tamen arro gantia eum repulere Rituum prohibi torum Aſſertores, atque inter eos P Gozani Jeſuitarum Viſitator Miſſionarii inhibuit, ne Pontificis decreto obedi rent, donec nova deciſio Roma affer retur, ceteri vero Caſtorano minitaban tur, quod illum, ſi Papæ decretum promulgare auderet, apud Imperato rem denuntiaturi eſſent. Eapropter Caſtoranus re infecta reverti cogebatur Magis proſpera nuntiabantur ex Japo nia, cujus Imperator nomine Quan rurſus Miſſionarios Catholicos admiſit

§. XXIV.

Salutare decretum Cæſaris contra Proteſtantes.

Hiſt. cont. Chron. p. 35.

Hoc item anno Carolus VI. Impera tor die quarta Septembris ad Im perii

perii Ordines Cæsareum, ut vocant, Commissionis decretum transmisit, vi cujus S. R. J. Electoribus & Principibus insinuatum, ut totis viribus obsistant, ne tam in Religionis quam justitiæ caussis præcipue a Protestantibus non sine supremi Judicis præjudicio, suæque auctoritatis imminutione nimis frequenter a supremis Imperii tribunalibus ad comitia Ratisbonensia recurratur, & non raro contra clarum jus a quibusdam Legatis leges præscribantur: Insuper iidem Electores ac Principes a Cæsare rogabantur, quatenus curare velint, ne Ecclesiastici, & Prædicantes ex suggestu in Templis, & Professores in Scholis vel alii alibi convitia evomant, pernicioſos libros componant, evulgent, vendant &c. trangressores vero pœnis per Cæsarea edicta statutis coerceantur, & Cæsarei Fiscales in sui officii executione non præpediantur &c. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXV.

Exordium Veneti belli contra Turcas.

Jam dudum Turcæ tot regiones & urbes per Carlovitzienſem pacem anno prioris sæculi nonagesimo nono initam sibi fuisse ereptas, permoleste ferebant: eas recuperandi spes, & Moream *Hist. du Princ. Eugen. t. 5. pag. 2. Kettel. decad. VI. pag. 769.*

Sæc. XVIII A. C. 1715.

ream Insulam Venetis eripiendi oppo-
tunitas Sultanum ad novos belli com-
tus incitabat: immensum armorum ap-
paratum terra marique instruunt Turcæ
nec obscuris sermonibus extremum Ve-
netæ Reipublicæ excidium minantur.
Hoc apparatu excitatus Fleischman-
nus Cæsaris Orator Ali Bassam Vezi-
rium ab hac expeditione, utpote nu-
peræ pacis articulis omnino contrari
dehortatus est, exponens, Venetos
Cæsari fœdere junctos esse, proin eum
minime his subsidio defuturum. Ut
ergo Sultanus Cæsarem pacis firmæ fi-
ducia sopiret, atque imparatum eo fa-
cilius, si occasio ferret, aggredi posset
omnem violandæ pacis suspicionem a-
moliri, solito simulationis artificio ni-
tebatur: Eo fine Ibraimum Agam Le-
gatum Viennam ad Eugenium Princi-
pem ablegabat, ut Cæsaris consili-
clam exploraret, palam vero Cæsa-
persuaderet, hunc belli apparatum
duntaxat in Venetos, qui plurimas
Turcarum naves deprædati essent, e-
fundendum esse, Sultanum vero con-
stantem amicitiam cum Cæsare, & im-
motam pacis fidem polliceri: Hic ergo
Legatus exeunte Mense Februario Con-
stantinopoli profectus, ad initium Men-
sis Maij Viennam venit, ubi die deci-
ma tertia ejusdem Mensis ad Euge-
nium

nium Principem deductus, Sultani literas eidem tradidit, nilque eorum prætermisit, quibus Cæsarem a subsidio Venetis impendendo averteret: cum vero Eugenius Legato proponeret, quod Cæsar, ne Carlovicienſis pacis leges violarentur, mediatoris partes Sultanum inter & Rempublicam interponere paratus esset, reposuit Turca, de hujus mediationis negotio agere, sibi haud esse demandatum: interim vero ex interceptis literis innotuit, quod hic Orator clandestina foveret consilia, Suecorum & Hungarorum statum funditus exspiscaretur, huncque in finem jamjam triginta Turcarum millia trajecto Tibisco flumine unacum Temesvarienſis Bassæ copiis Bosniam invadere destinata essent, cautius deinceps hic Legatus observabatur, ac demum consuetis donatus muneribus, Constantinopolin remissus est. Cum ergo Imperator bellum declinari haud posse, probe prospiceret, finitima Hungariæ propugnacula validius muniri jussit, & per Fleischmanum a Sultano petiit, an Moream, ceteraque loca hoc anno Venetis perfide ablata restituere velit: eo autem atrocius interrogante, cur Cæsar Hungariæ Urbes tam copioso milite, tantoque belli apparatu instrueret, Fleischmanus respondit, id se

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

ignorare, ſcire autem perbene, quam turpi & cruenta fuga Sultanus ante aliquot annos Vienna in Turciam contenderit, ſe vero hoc Sultani reſponſum, tanquam proximi belli claſſicum Viennam relaturum. His Imperatori ſignificatis, omnia ad maturam validamque expeditionem parantur, firmatur etiam die decima quinta Novembris pax cum Hollandis, cujus præcipuus articulus circa religionem his conceptus erat verbis: In Belgio Auſtriaco omnia quoad religionem in eodem permaneant ſtatu, quo erant regnante Carolo II. Batavi quoque milites in illis urbibus, ubi præſidia agunt, ſuam quoque ſectam in Eccleſiis ſibi a Magiſtratu aſſignatis exerceant, ſed ſine cantu, & campanarum ſonitu: Interim claſſis Turcica cum ſexaginta armatorum millibus Tinos & Ceringum Inſulas occupat, & centies mille Barbari, die vigeſima prima Junii per Iſthmum Corinthiacum penetrantes arcem in monte ſitam tertio, incaſſum tamen, impetu invaſam, tandem vi crudeli ſuperant, captis & in fruſta diſſectis Minato & Bembo Præfectis, ac denique fortiter quidem reſiſtentibus Venetis & Piſano Proveditore, Moream tamen nullo ferme negotio invadunt, a græcis ibidem Sacerdotibus Veneti impe-

imperii impatientibus provocati: Unde Bassa cum suis Naupliam decimo obsidionis die immani crudelitate expugnavit, ac intra quadraginta quinque dierum spatium omnes Urbes & oppida imo totam Peloponesum suis subjecit armis, abductis Smirnam in miseram captivitatem plusquam quadraginta Christianorum millibus. Rapidæ hujus felicitatis cursum stitit Morlacorum fortitudo, qui iteratis excursionibus haud exigua damna Turcis intulere, eosque ab arce Zing, quam obsederant, ductore generoso Georgio Balbo repulsos, magna clade die decima quinta Augusti in fugam conjecere, cæsis hostium quindecim millibus, captisque omnibus impedimentis, bellique tormentis: Ad hanc victoriam haud parum contulere aliquot Religiosorum centuriæ, quæ sub imperio Spalatrensis Archiepiscopi & Mascassani Episcopi se Venetis militibus animose conjunxerant: ob gravem tamen hanc jacturam Ali Bassa jussu Sultani strangulatus est, plures vero Christiani, qui Zaram Dalmatiæ Urbem Turcis prodere moliebantur, intercepti laqueo perfidiæ suæ pœnas dederunt. Turcica vero classis, cum Veneta resistendo impar esset, duo Cretensis Insulæ oppida Sudam & Spinam longam occupa-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

cupavit. In tantis rerum anguſtiis Ve-
neti Moroſinum & Grimanum Legatos
Viennam decrevere, quibus etiam Cæ-
ſar validas armorum ſuppetias pollice-
batur; Pontifex quoque non modo Fran-
ciæ & Hiſpaniæ Reges, ſed cunctos Chri-
ſtianos Principes & Genuenſem Rem-
publicam ad ferenda ſubſidia incitavit
& Magno Melitenſium Magiſtro injun-
xit, ut majora bellica navigia ſua con-
tra Turcas Tenos Inſulam obſidente
mox in opem Venetæ claſſis ſubmitteret
inſuper die vigeſima quinta Aprilis da-
tis literis Carolo Imperatori ſua ſtudia
exhibuit pro pace inter ipſum & Hi-
ſpaniæ Regem ſtabilienda, ut Cæſa-
omnibus aliis ſolutus curis ad Turca
cum bellum ſtrenue gerendum, en-
xius incumbere valeat, ac denique
Maximilianum Emanuelem Bavari-
Electorem, Moguntinum &c. & Salis-
burgenſem Archiepiſcopos, necnon
Conſtantinum Abbatem Fuldenſem ro-
gavit, ut quicquid ad neceſſariam hanc
Chriſtianæ Reipublicæ cauſſam con-
ferre poterint, deſiderari non patere-
tur, ſimul etiam Principem Eugenium
ad retundendam Turcarum audaciam
ſtrenue excitavit. Poſtremo Respu-
blica Delphino ob ſocordiam exauctō-
rato, Franciſcum Grimanum ſubroga-
vit, & Saxonico Comiti de Schulen-
burg

burg totius exercitus imperium, atque expeditionis futuræ curam detulit. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXVI.

Alii ſex Cardinales a Papa electi.

Quosdam Præſules ſuminus Pontifex jam die vigeſima nona Maij *in pectore* ut ajunt, reſervatos habuit, quos tamen primum die decima ſexta Decembris evulgavit, aliosque ſex recens ad Purpuram promovit. Hos inter primus erat Bernardinus Scottus, Rotæ Auditor & Romanæ Urbis Gubernator, Cardinalis Presbyter tit. S. Petri in Monte Aureo. II. Carolus de Marinis Genuenſis, Cameræ Pontificiæ Præfectus, Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in Aquiro: hunc, inquiebat Pontifex, *in ipſo Pontificatus noſtri Primordio jam a decennio & ultra ſub duobus Prædeceſſoribus noſtris Cameræ noſtræ Apoſtolicæ generalem Auditorem, adeoque tam ante, quam poſt ſuppreſſionem venalitatis ejusmodi officii illo fungentem invenimus, inde vero poſt alios ferme novem annos ab eo in eodem munere transactos ad Pontificii noſtri Cubiculi Præfecturam, quam ſex & ultra annis exercuit, tranſtulimus.* III. Nicolaus Carracciolus Archiepiſcopus Capuanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in Montibus. IV. Joannes Patri- *Guarnac. t. 2. p. 291.*

Sæc. XVIII. A. C. 1715

cius Romanus, Seleuciæ Archiepiſcopus, Cardinalis Presbyter tit. SS. Quatuor Coronatorum. V. Ferdinandus Nazzi da Orte ſeu Nuptius Hortanus, Archiepiſcopus Nicenus, Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ. VI. Nicolaus Spinula Genuenſis, Archiepiſcopus Thebanus & Auditor Cameræ, Cardinalis Presbyter tit. SS. Nerei & Achillei.

§. XXVII.

Principum atque Illuſtrium obitus.

Cimarol. Mem. p 762. Niceron. t. 14. p. 1.

Præter Ludovicum XIV. Franciæ Regem, inſuper hoc anno vivis ereptus eſt Carolus Joſephus de Lotharingia Archiepiſcopus atque Elector Trevirenſis, qui variolis affectus, die quarta Decembris Viennæ deceſſit: Ejus Succeſſor die vigeſima Februarii anno ſequenti proclamatus eſt Franciſcus Ludovicus Dux Palatinus, Epiſcopus Uratislavienſis & Wormatienſis, necnon Magnus Teutonici Ordinis Magiſter, Osnabrugenſem vero Epiſcopatum ex pactis Weſtphalicis die ſecunda Martii obtinuit Erneſtus Auguſtus Dux Brunsvico-Luneburgicus, reclamante licet Pontifice, ut infra referemus: Obiit etiam die octava Januarii Franciſcus Fenelon de Salignac Cameracenſis Archiepi-

chiepiſcopus, rarum humilitatis exemplum, & Ordinis Epiſcopalis ornamentum, orbisque literati decus, qui ut olim Auguſtinus fortis & ſuavis, libertatem hominis cum gratia Dei eo felicius conciliavit, quo debitum Eccleſiæ decretis obſequium firmius adſtruxit: Scripſit librum de educatione Filiarum, tractatum de Miniſterio Paſtorum, explicationem Regularum Sanctorum circa vitam interiorem, quo tamen libro ingentem, ut ſupra memoravimus, tempeſtatem ſibi accerſivit, & in ſui defenſionem quatuor libros ad Noaillium Pariſienſem Archiepiſcopum circa ejus Inſtructionem Paſtoralem edere coactus eſt, præter reſponſum ad ejusdem Archiepiſcopi, Boſſueti, Pauli de Godet &c. declarationem. Edidit quoque Inſtructionem Paſtoralem unacum condemnatione errorum Molinoſii, & articulis Iſiaci ſtabilitis, unacum epiſtola ad Papam, ſex epiſtolas ad Boſſuetum Meldenſem Epiſcopum, reſponſum ad Meldenſis relationem de Quietismo, & ad ejusdem obſervationes in hoc reſponſum, plures literas & reſponſa ad Meldenſis tractatus: *Myſtici in tuto*, *Scholaſtici in tuto*, *Quæſtiuncula* &c. Præjudicia deciſiva & eorum apologiam, Præcipuas propoſitiones ex libro explicationum, & Fata Telemachi.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A.C. 1715. Deceſſit quoque die decima octava Aprilis apud Smirnam David a S. Carolo ex Ordine Carmelitarum Diſcalceatorum Archiepiſcopus Cyrenenſis natione Græcus, quem Clemens XI. Legatum Apoſtolicum in Orientem ad Syros, Armenos, & Smirnas ablegavit. Inſuper apoplexia tactus vitam finiit Joannes Fridericus Comes de Seilern S. C. Majeſtatis Conſiliarius intimus, & Auſtriæ Cancellarius ſupremus, Vir doctrina & negotiorum gerendorum dexteritate conſpicuus. Obiere etiam die vigeſima ſeptima Martii Auguſtus Dux Saxo-Merſeburgicus, die vigeſima ſecunda Martii Victor Amadæus Filius Regis Sardiniæ, in Hiſpania Duciſſa ab Aveiro annos natus nonaginta ſex, die decima ſexta Aprilis Fridericus Dux Saxo-Leucopetrenſis: die prima Auguſti Joannes Erneſtus Ducis Vinarienſis Filius, die decima ſexta Auguſti Maria Eliſabetha Henrici Ducis Saxo-Rœmhildenſis uxor, ex morbillis die vigeſima ſeptima Julii Franciſcus Joſephus Caroli Lotharingiæ Ducis Filius, Carolus Ducis Saxo-Gothani Filius, Viennæ die ſeptima Junii Henricus Princeps Fundanus Comes Mansfeldius, Tarlo Posnanienſis Epiſcopus, & Epiſcopus Leopolitanus, Erneſtus Dux Hilpershuſanus, Thomas

mas Josephus Dux Sabaudo - Carignanus, die tertia Octobris Ferdinandus Augustus Princeps de Lobkowitz: die vigesima ejusdem Mensis Mainhard Princeps Hohenzolleranus, & die prima Novembris Carolina Christina Moscoviæ Ducis Filia. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXVIII.

Tumultus in Anglia & Scotia.

Hoc item anno Angliæ Regnum, sicuti omnium sectarum commune est receptaculum, ita perpetuum etiam evasit turbarum & dissidiorum theatrum: Hi enim, qui Regiis partibus adversabantur, editis libris & publicis querelis contra Regem, Regisque Ministros disseminatis insurgebant, & nuperæ pacis conciliatores ob toti Nationi injuriosa, & negotiationi oppido noxia pacta severe castigari petebant: hac rerum confusione excitabantur illi, qui tam in Anglia, quam Scotia Jacobo III. legitimo Regi ac Cambricensi Duci favebant, hi ergo eadem die, qua olim Jacobus II. & Anna inaugurabantur, Londini in ædibus Sacheverelli Prædicantis solemnia celebrabant, accensisque festivis ignibus libere exclamabant: *Vivat Anna Regina, suprema Ecclesia, Vivant Ormundus & Bol-*

Hist. Cont. Chron. l. 16. pag. 50. Turfel. cont. pag. 408.

Sæc. XVIII A. C. 1715

linbrockius, pereat Marleburgus? Ne minus propitii erant Jacobo III. Tori & Cantuarienſes Præcones, quibu tamen, ut Georgius Rex eos aliorſu diverteret, varias ſanctiones a Co cionatoribus, Magiſtris & Diſcipulis o ſervandas conſignavit, petens, ut ſua deſuper mentem declararent, cunctasqu ſuo conſenſu firmarent: nihilomin occurrente Natali Ormundi Ducis di & anniverſaria Jacobi II. ad Regni po ſeſſionem revocati rurſus publicas ag bant ſolemnitates, ipſum populum i citantibus, qui Presbyterianis adver bantur, Prædicantibus, quorum etia impulſu in variis Urbibus Presbyteri norum fana funditus evertebantu Res ad publicam communemque ſed tionem ſpectare videbatur; quocir Rex copias undique contrahi juſſit, Proceribus, Univerſitatibus aliisque delitatis juramentum exſolvi, in pac firmatæ Authores inquiri, Catholic in Scotia & Hibernia opprimi, eisq arma, equos, omnemque belli appar tum abripi præcepit. Poſtea Ormu dus Dux & Bollingbrockius Vice-C mes tanquam perduellionis rei in ju vocabantur, cum vero jamjam in Ga lias profugiſſent, ex Catalogo Pariu Regni deleti, confractisque inſignibu omnibus bonis, & dignitatibus ſpoli bantu

bantur, & Oxfordius Comes tanquam læsæ Majestatis reus in Londinensem Turrim captivus abducebatur. Interim Comes de Marri & Marchio de Hundlay validum agmen in favorem Jacobi III. quem *Prætendentem* vocant, colligentes exscensione facta Edinburgum Scotiæ Metropolin cinxere; generoso tamen huic conatui prosper defuit successus; feliciore tamen Marte pugnabant in Parthensi ditione, quam unacum Urbe occupantes Jacobum III. in Scotiæ Regem proclamarunt, copiasque suas in aciem eduxerunt, ubi tamen ab Argylo Duce sex Batavorum millibus aucto, post cruentum & pertinax utrinque certamen Jacobitæ fugere compulsi sunt. Ad infelicitatis cumulum accessit clades, qua in Northumbria a Carpenterio cæsi fuerunt, septuaginta duobus Anglis & Scotis Proceribus cum quinque gregariorum millibus in captivitatem abductis: Hac victoria elati Angli, publico edicto, Viro, qui Jacobum III. trucidaret, quinquaginta Sterlingicorum millium pretium constituebant. Hic tamen Rex die decima septima Januarii Dondeum Scotiæ urbem publice cum Comitis Marri exercitu equo vectus ingrediebatur, in Franciam impune reversus. Sex autem Proceres Angli nuper capti tanquam

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

quam proditionis rei a Parlamento sunt condemnati, eorum uxoribus atque Amicis incassum gratiam, veniamque petentibus, ex quibus tamen Nitislade Comes in uxoris suæ vestibus fuga dilapsus est, hac in carcere loco Mariti sui remanente, quæ postmodum cum eximio fidei conjugalis encomio a Rege libera est dimissa, ejus tamen Mariti percussori mille sterlingicorum libræ sunt addictæ. Hujus funesti successus adhuc ignarus Pontifex die decima Decembris Mariæ Britanniæ Reginæ rescripsit, quod pro felici exitu consilii a Jacobo ejus Filio suscepti Deum exorarit, ut fideles ejus subditi illum in patrenum solium restituere possent atque ad hanc expeditionem Papa pecuniarum subsidia contulit, quorum tamen tenuitatem obtento Turcarum bello excusabat, & Jacobi Regis causam Philippo Hispaniarum Regi commendabat.

§. XXIX.

Diversæ summi Pontificis Constitutiones & epistolæ in variis causis.

Bull. magn. Clem. XI. Const. 75. fol. 145.

Adhucdum in Neapolis Regno circa utriusque potestatis jura ingens fervebat diffidium, cumque aliud Tribunal seu Congregatio, quæ *juncta* vocabatur, varia promulgaret decreta, quibus literarum, Apostolicorum

corumque mandatorum executio ibidem præpediebatur, hinc Pontifex die undecima Januarii edita Conſtitutione Apoſtolica hujus Tribunalis edictum noviſſime promulgatum, ceteraque impoſterum ab eodem decernenda omnino nulla & irrita eſſe, & decretis Apoſtolicis in ſuo vigore permanentibus omnes, qui ea de cauſſa cenſuras Eccleſiaſticas incurrerunt, vel poſtea incurrent, a nemine, quam a Sede Apoſtolica abſolvi poſſe declaravit. Quam primum vero ſummo Pontifici innotuit, quod Achmetes Turcarum Imperator efferatiori, quam unquam rabie bellum inſtaurare vellet, mox die vigeſima prima Maij ad implorandam Dei opem univerſale indixit Jubilæum, & die decima Januarii Carolum Imperatorem vehementer excitavit, ut Turcarum conſiliis toto conatu & armorum potentia obſiſteret: Joannem quoque Luſitaniæ Regem hortabatur, ut ſui Genitoris exemplo Venetos liberali, promptoque ſubſidio juvare velit. Poſtquam nuperæ Pontificis literæ, quibus Siculæ Monarchiæ Tribunal abrogabat, ad Siciliæ Regnum fuerant delatæ, mox die vigeſima Martii Regius Fiſci Procurator Panormi edictum typis impreſſum promulgavit, quo adverſus Papæ decretum

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

tum tanquam ob- & subreptitium
parte nec citata nec audita emanatum
reclamabat, eoquod prærogativa a
immemorabili tempore possessa, & a
Urbano II. Adriano IV. Pio V. confir
mata, & ab ipso Clemente XI. per plu
res actus Anno 1705. ratificata, & Ro
gerio Comiti titulo oneroso ob hoc Re
gnum infidelibus ereptum confirmati
Regi & Regno injuste auferretur,
populus ad hanc judicii formam ja
longo tot sæculorum usu institutus
assuetus, sine publicæ tranquillitatis pe
riculo ad novam formam induci hau
posset: Has ob causas Procurator
Pontifice male edocto ad eundem me
lius edocendum provocavit, & pe
dente hac appellatione executionem
Pontificiæ Constitutionis esse suspensam
declaravit: Comperto hoc decreto Pon
tifex die octava Junii rationes a Pro
curatore allatas refellere haud solliciu
tus, hanc appellationem, cunctaque
inde secuta vel secutura nulla & irriti
decrevit, disertisque verbis damnavit,
declarans, omnes, qui hujus appella
tionis partem habuissent, in censuras
Ecclesiasticas incidisse, a quibus, præ
terquam in mortis articulo, a solo Pon
tifice absolvi non possent.

Hoc item anno Clemens Pontifex
Hyacintham Marescotti Beatorum Albo
inse-

inſeruit. Die autem decima Januarii Joannem Luſitaniæ Regem, cui Sinarum & Indiarum Orientalium Miſſiones impenſe commendabat, inſianter admonuit, ut Cardinali Tournonio, ejusque familiaribus & Sociis atroces injurias ab ejus Miniſtris in Macaonenſi Urbe illatas congrua ſatisfactione ſarciri & publicum ſcandalum, quo non modo Chriſtiani, ſed ipſi etiam Ethnici, qui ea omnia propriis oculis inſpexerunt, commoti fuiſſent, neceſſaria in ſontes animadverſione e medio tolli juberet, idem quoque Pontifex a Cardinale de Attayde poſtulabat. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Compererat Pontifex, quod in novo Regno Granatenſi ex occaſione viſitandi Sanctimonialium Monaſteria ingens ſæcularium numerus intra ſepta introduci conſueverit, & puellæ ante legitimam ætatem in eisdem Monaſteriis ad habitum regularem admittantur, necnon per plures annos usque ad profeſſionis tempus ibi permaneant, utramque corruptelam Pius V. & Gregorius XIII. per Conſtitutiones Apoſtolicas abrogarunt, earum vero obſervantiam Clemens Papa datis die decima ſeptima Januarii literis ſpecialiter commendabat Archiepiſcopo ſanctæ Fidei in Indiis Occidentalibus.

Die

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Die vigesima Martii anni prioris Leopoldi Lotharingiæ Ducis nomine Constitutio edebatur, qua Ecclesiis tam sæcularibus quam regularibus in ejus ditione sitis interdicebatur, ne fundum ullum, vel immobile quicquam quocunque testamenti, donationis, vel acquisitionis titulo consequi imposterum possent, bona etiam omnia illis assignata vel vendita fisco addicerentur, & acquisita ab ineunte sæculo ad manus laicas reverterentur: Hoc edictum Pontifex Immunitati ac libertati Ecclesiasticæ plurimum obesse ratus, die secunda Februarii Ducem rogabat, ut hujus Constitutionis executionem non modo prohiberet, sed & illam contrario edicto quamprimum abrogaret. Sub idem tempus Franciscus Cardinalis de Judice Hispanicæ Inquisitionis Tribunalis Præses edictum quoddam suo chirographo munierat, quo nonnulli impii & scandalosi libelli & scripta a præfato Tribunali recognita & damnata prohibebantur: ast Madritensis Aulæ Ministri obtento Regis nomine acerbas contra hunc Cardinalem querelas moverunt, eique ac præfato Tribunali conditiones tum ejus honori noxias, tum muneris sui debito repugnantes præscripsere; quas tamen Cardinalis strenue & generoso animo rejecit, ac

ac propterea die duodecima Februarii perhonorificis literis a Papa commendatus est: Sub idem tempus ipsemet Pontifex apud Philippum V. Hispaniæ Regem desuper querebatur, quoniam vero Regis jussu, detectis Ministrorum dolis, perperam gesta revocata & decreta contra Cardinalem edita rescissa fuere, hancque revocationem ipsemet Rex Pontifici datis ad eum literas significaverat, hinc Clemens die sexta Maij in secreto, ut vocant, Consistorio hanc Regis epistolam prælegi jussit, his verbis Cardinales allocutus:

Sæc. XVIII. A C. 1715.

Reliquum nunc est, Venerabiles Fratres, ut maximas Divinæ bonitati gratias agamus, quæ dedit Regi cor docile ad faciendas justificationes suas, eamque humiliter exoremus, ut illius animum magis inflammet ad perficiendum opus, quod incæpit, unde meritas illi laudes, quas ei omnis posteritas reddet, dum hujus tam præclari facti memoriam recolet, uberius Nos ipsi retribuere, ac indies augere possimus, illiusque illustri exemplo addiscant omnes, Catholicum ac vere sapientem Principem minime dedecere ea, quæ minus recte gesta sunt, retractare, quinimo veram illam ac solidam gloriam sibi parare, male acta corrigendo, non ea cum Ecclesiæ, Deique offensione propugnando.

Sæc. XVIII. A. C. 1715

Demum die decima quarta Maj datis literis Philippum Regem, eo quod hæc decreta, se, si non inscio certe invito aut decepto, edita rescide rit, digna ornabat laude, eum horta tus, ut etiam cetera in suo Regn contra Ecclesiam sedemque Apostoli cam attentata abrogari curaret.

Jam ante aliquot annos Lincii i Austria pro Regnis ac Provinciis Se ptentrionalibus Seminarium erat ere ctum, ut illius Alumni, cum ad pro pria reversi fuerint, alios & alios a gremium S. Matris Ecclesiæ reduce possent: cum autem Pontifici significa tum fuisset, quod p. m. Maximilianus Henricus, & Febronia ejus Conjux dum viverent, Bavariæ Duces quæ dam bona in supremis ipsorum tabulis eo fine reliquissent, ut in selectæ Ju ventutis, quæ se Dei & Religionis cul tui addicere decreverat, sustentatio nem erogarentur, eapropter die decima quinta Martii Maximilianum Ema nuelem Bavariæ Electorem, in cujus arbitrio horum bonorum dispensatio re licta erat, impense rogabat, ut ejus modi bonorum subsidio præfatum Se minarium augere velit.

Quoniam vero Brandeburgicus Ele ctor contra Ultrajectensis pacis leges in Geldriæ Provincia sensim nec obscure sectam

sectam suam invehere, & Catholicam religionem eliminare, atque Catholicis Officialem Acatholicum obtrudere niteretur, hinc Pontifex Geldriæ Status & Ordines, quod hunc Officialem in suum consortium recipere constanter renuerint, debita laude prosecutus, Carolum Imperatorem & Franciæ Regem rogabat, ut Orthodoxam religionem ibidem illæsam conservari studerent, suaque auctoritate eniterentur, ut Catholicis quoad munera & Officia Magistratuum, aliaque jura quæcunque ipsis olim competentia nullum penitus detrimentum irrogetur. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Insuper Pontifex die trigesima Martii nuperæ suæ Constitutionis contra Ritus Sinenses editæ duo exempla Joanni Lusitaniæ Regi submisit, efflagitans, ut suis ibidem Administris ac potissimum Goanis & Machaonensibus præcipiat, ne hujus Constitutionis executioni ullum interponant impedimentum, & si quod forte interponeretur, removeri sedulo curent, ut hæc Constitutio omnimodum, plenarium ac integrum sortiatur effectum.

Cum autem Anastasius Nicosiensis Ritus Armeni Archiepiscopus ejuratis erroribus ad fidem Catholicam reversus, suam fidei professionem summo Pontifici submisisset, hinc Clemens

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

hunc reditum eidem gratulatus, illum hortabatur, ut etiam suæ Nationis homines pariter ad veritatis agnitionem perducere conetur, ei vero calicem argenteum cum Patenna dono submisit aliisque ejusdem postulatis benigne annuit.

Hoc item anno die tertia Januari Patres Dominicani, qui in Sinarum Imperio Evangelium prædicabant, a summo Pontifice literas receperunt jam anno hujus sæculi decimo tertio die vigesima tertia Aprilis datas, atque ad R. P. Provincialem, ceterosque suos Religiosos Missionarios Provinciæ S. Rosarii in Insulis Philippinis inscriptas, hujus tenoris.

Dilecti Filii, salutem & Apostolicam Benedictionem.

„Quæ de singulari pietate vestra, „ac plane præstanti erga Nos, atque „sanctam hanc Sedem devotione, non „semel commemorari audivimus, cum „Ordini, quem summopere diligimus, „suffragentur, uberem nobis gaudii „materiam attulerunt; gratum autem „imprimis, ac præter modum nobis „acceptum fuit, quod piæ memoriæ „Cardinali de Tournon, cujus memo„ria in benedictione est, simulque Vi„cariis

„cariis Apoſtolicis iſtarum partium, Sæc. XVIII.
„debitam obedientiam alacriter omni A. C. 1715.
„tempore præſtiteritis, eisque ſincera,
„& incorrupta fide, ut par erat, ſem-
„per adhæſeritis, quin etiam ſtantes in
„magna conſtantia adverſus eos, qui
„vos anguſtiaverunt, vincula, exilia,
„aliaque mala plurima infracto, ex-
„celſoque prorſus animo ſuſtinueritis.
„Eſt propterea, cur tot præclaris do-
„cumentis comprobatam virtutem ve-
„ſtram, peculiari hoc gratæ, ac in Vos
„admodum propenſæ voluntatis noſtræ
„teſtimonio proſequamur, ſimulque par-
„tam vobis non levem apud veros Ec-
„cleſiæ filios Chriſtianæ fortitudinis ac
„Zeli laudem impenſe gratulemur. Ce-
„terum paternæ benevolentiæ noſtræ
„luculentiora, quotiescunque occaſio
„ſuppetat, vobis non deerunt argu-
„menta, ejusque interea pignus non-
„nulla Vobis mittimus ſacra munera,
„quæ religioſis animis veſtris pergrata
„fore, minime dubitamus. Vobis de-
„mum, dilecti Filii, Apoſtolicam bene-
„dictionem peramanter impertimur, &
„bonorum omnium largitorem humili-
„ter obſecramus, ut cæleſtium charis-
„matum donis Vos indies uberius cu-
„mulet.„ Inſuper ſummus Pontifex
Epiſcopos etiam Regulares juramento
adſtrinxit, ut juxta Alexandri VII.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

decretum iu Ecclesiis suis, etsi inter Schismaticos & infideles constitutæ essent, resideant.

§. XXX.

Siculorum oppositio contra Pontificia decreta.

Bull. magn. Part. II. Clem. XI. Const. pag. 313. *Vid. p. 140.*

Ea Pontificis Constitutione, qua Siculæ Monarchiæ Tribunal abrogatum erat, Sabaudiæ Regis Ministri laicæ potestatis usum contra Ecclesiasticos adeo non restringebant, ut etiam illos, qui Pontificis decreta observarunt, eo durius haberent: quippe præter præfatum Tribunal alia Curia, quam *junctam* appellabant, eo fine erigebant, ut hæc *junctis* viribus ac studiis unacum Monarchiæ Tribunali adversus Pontificias Constitutiones earumque cultores insurgere posset. Igitur novi hujus Tribunalis Præses Joseph Fernandez & Jacobus Longo Monarchiæ Judex post discessum Canonici Isidori Navarro Siculi Delegati a Pontifice ob violatam Immunitatem excommunicati, in Agrigentina Urbe Delegatum constituerunt Sacerdotem Franciscum Catanzara Canonicum, & Hieronymum Ducem de Angio nominarunt Commissarium Generalem: Hi ambo mox in eos, qui Episcopale interdictum observarunt, carce-

carceres, exilia, bonorum proscriptiones, aliasque graves pœnas decrevere, tresque Vicarios post quarti obitum ab Agrigentino Episcopo deputatos in vincula conjecerunt: His quidem Episcopus successivo ordine sex alios subrogabat, ast hi quoque, ne suo fungerentur officio, bonorum proscriptione impediebantur, atque inter eos Laurentius Pitacciolus Cathedralis Ecclesiæ Canonicus ab una ad aliam Curiam raptatus, tandem a Præside in Civitatem Cephaludensem relegatus est: Ceteros vero tam Vicarios, quam alios plures Sacerdotes & Regulares Judex Panormum venire jubebat, qui ad violandum interdictum sollicitati, cum pacta a Judice proposita tanquam iniqua rejeciissent, captivi in urbe gravi cum incommodo detinebantur, eo fine, ne Agrigentum reversi suæ constantiæ exemplo lapsos ad interdicti observantiam revocare possent: illi vero utriusque Cleri Sacerdotes, qui in præfata Diæceſi interdictum servarunt, bonorum proscriptione atque exilio plectebantur. Insuper Angionus Dux Parochum nomine Vitum Paternostrum septuagenarium & ferme luce orbatum, ut publice Missam celebraret, eique loci Capitaneus intereſſet, per suum Delegatum vi coegit, cumque Parochus

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A.C. 1715. cæcitatem, & Capitaneus interdicti religionem obtenderet, illum vi ad Ecclesiam Cathedralem raptatum sacris vestibus induunt, & Capitaneum ejus sacro interesse compellunt. Nec his contenti, etiam illius loci Santimoniales ad violandum interdictum sollicitabant, cum autem nihil proficerent omnem Sacerdotibus accessum & literarum commercium interdixerunt, positis ad Monasteria excubiis: Sacerdotes vero, qui interdictum violare non erubuerant, ad urbem accersitos, ut publice, apertisque januis celebrarent jusserunt, ac pecunias mulctarum nomine ab aliis Sacerdotibus Sedi Apostolicæ & Episcopo obtemperantibus extorserunt; eisque, si fuga elapsi erant eorumque consanguineis omnia bona eripuerunt. Harum igitur violentiarum reos Clemens Papa per Nicolaum Spinula Romanæ Curiæ Judicem infra bimestre Romam venire jussit, secus publicæ excommunicationis pœna plectendos. Cum autem Monarchiæ Ministri etiam Panormi, & Messanæ necnon in Diæcesi ac urbe Catanensi & Liparensi non minus acerbis violentiis interdictum observantes Ecclesiasticos, & plurium Ordinum Religiosos vexassent, hinc die duodecima Januarii eadem contra eos pronuntiabatur sententia:

tentia: Pari pœnarum comminatione Pontifex ad obsequium reducebat plures diversorum Ordinum Regulares, aliosque, qui in contemptum censurarum, atque Ecclesiasticæ & Apostolicæ authoritatis Ecclesiasticum interdictum, cui Catanensis & Arigentina Diœcesis, ac civitas ob violentam harum Diœcesium Episcoporum ejectionem e Regno Siciliæ, supposita erat, violare non dubitarunt. Tandem vero summus Pontifex die sexta Novembris hosce interdicti transgressores vehementer objurgavit, falsisque eorum doctrinis, quas disseminaverant, omnino damnatis, interdictum utpote a Sede Apostolica confirmatum exacte observari præcepit, non alio tamen fructu, nisi ut plurimi tam in civitate quam Diœcesi Catanensi denuo interdicti observantiam restaurarint, hi tamen eo ipso a Siculis Ministris eo acerbius divexati fuerint, & quidem Jesuitæ & Carmelitæ Discalceati in exilium acti, Moniales publico Divinorum officiorum usu privatæ, & duo Sacerdotes primo in teterrimos conjecti carceres, & postea in exilium e toto Regno ejecti: Graviore tamen violentia opprimebantur Moniales Catanenses: Harum enim Monasteria ad SS. Julianum & Placidum Innocentius Rocaforte Bonadies Canonicus Cathed-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

ralis Catanienſis a præfata Monarchia ablegatus militibus cingi juſſit, cunctaque ad victum neceſſaria invehi prohibuit; ejusque juſſu F. Franciſcus Malavigna Ord. Minorum S. Franciſci de Obſervantia reformatorum monaſterium & Eccleſiam S. Placidi ingreſſus SS. Euchariſtiæ Sacramentum ex tabernaculo extraxit, illudque manu tenens, atque ad Moniales converſus ipſum Chriſtum Dominum in caput ſuum invocavit, ſi falſum dicturus eſſet poſtea interdictum hoc omnino eſſe nullum, proin contemnendum & laicæ poteſtatis mandato eſſe parendum aſſeruit, easque, ſuprema Dei veritate in teſtem ſui aſſerti invocata, hoc interdictum obſervando graviter peccare affirmavit, inſuper etiam, ut ſui Ordinis confratres, aliosque ab interdicti obſervantia averteret, libellum contra Sedis Apoſtolicæ jura typis evulgavit, unde factum eſt, ut plures Canonici & utriusque Cleri Sacerdotes palam interdictum violarent, illudque obſervantes omni pœnarum, calamitatumque genere afflictarentur: Deſperata igitur omni emendationis medela Pontifex die decima ſeptima Martii anno ſequenti contra citatos contumaces ſententiam pronuntiavit, vi cujus hi omnes in cenſuras in præfatis ut ajunt

mon-

monitoriis contentas incidisse declarati, atque excommunicati in eventum mortis Ecclesiastica sepultura privandi denuntiabantur: Hac tamen severitate Panormitani adeo non ad saniora reducebantur, ut etiam palam contemptis hisce censuris nonnulli Sacerdotes a laica potestate adacti publice & sæpius in variis Ecclesiis coram excommunicatis Sacrum solemni ritu peragere auderent. Quem denique exitum hæc controversia habuerit, postea recensebimus. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXXI.

Alia sententia contra Carolum Josephum Juniperum Præpositum pronuntiata.

Jam ante quadriennium Casalensis Episcopus, eoquod Parochialis Ecclesia S. Quilici ob temporum injurias, & bellorum incursiones derelicta fuisset, pro commoda Sacramentorum, aliarumque Parochialium functionum administratione inter Odalengi magni ejusque Villarum incolas & Præpositum Ecclesiæ Matricis ejusdem loci pactum inierat, vi cujus deinceps Ecclesia sancti Grati, utpote in medio præfatarum Villarum sita, pro Parochiali haberetur: Anno autem priori Carolus Jose- *Bull. magn. Clem XI. part. 2. fol. 356.*

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Josephus Juniperus tum Odalengi Parochus seu Præpositus contra hasce pactiones reclamavit, & Paschatis tempore in prædicta Ecclesia non modo Sacramenta administrare renuit, sed etiam a laica potestate obtinuit, ut Lambertus Eques cum militum cohorte ad præfatas Villas veniret, & post octo dierum vexationes, & incolarum expensas haud leves, eosdem armata vi ad Præpositi Ecclesiam, ibidemque adimplendum Paschale præceptum adigeret, eosque ad novo pacta in præfati Præpositi favorem facta compelleret. Hi ergo Episcopi sui opem implorarunt, palam contra hanc conventionem reclamantes, qui comperto Casalensis Præfectus Franciscum Bencium & Joannem Baptistam Serenum utpote ditiores Vallis S. Gra cives in arce includi, ac diutius detineri jussit, ut cunctos, qui ad Episcopum recurrissent, detegerent, & immissos milites nullum dispendium incolis intulisse, declararent: Carolus vero Præpositus Blasio Vice-Parocho, quem Episcopus designaverat, quamcunque Parochialium functionum administrationem inhibuit, eique congruam sustentationem denegavit, nec his contentus novo ad loci Prætoris recursu impetravit, ut Blasius infra triduum toto Statu

&

& Sabaudi Ducis Dominio exulare juberetur: cum autem hic ob paupertatem suam iter aggredi non posset, præfatus Eques Lambertus cum suis militibus in domo Ecclesiæ S. Grati sedulo inquisivit, eumque in fuga arreptum, custodiri jussit, demum vero equo impositum, militibusque stipatum ad fines Status Mediolanensis transferri præcepit. Igitur Pontifex comperta horum violentia cunctos hujus sceleris reos, ac præcipue dictum Præpositum ut Romæ intra bimestre causam suam dicerent, comparere jussit, secus palam excommunicandos: Hac comminatione territus Carolus Josephus Præpositus veniam humili corde ab ipso Casalensi Episcopo petiit, ejusque decretis & mandatis se prompto animo obtemperaturum spopondit: quocirca S. Immunitatis Congregatio ab ipsomet Episcopo rogata die vigesima prima Decembris eidem Episcopo hunc Præpositum a censuris absolvendi facultatem dedit, dummodo prius omnia damna Pro-Vicario, & Villæ Valdisturæ incolis illata se reparaturum polliceretur. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXXII.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. XXXII.

Scriptores Eccleſiaſtici hoc anno mortui, eorumque opera.

Vie de Sa. Taiſand Niceron. t. 2. p. 358. Mem. des Homm. Ill. t. 2 p. 122. Calmet Hiſt. Univ. t. 17. pag. 581. & 588. Dupin nouv. Bibl. t. 18.

Ex Scriptoribus Eccleſiaſticis religione Catholicis hoc anno denatis & lucubrationum ſuarum præſtantiam celebriores ſunt. I. Petrus Taiſand Gallus, qui edidit ſermones de vera & falſa humilitate, alios de ſcientia ſalutis. Hiſtoriam juris Romani, quæſtiones de jure civili & Canonico, tractatum de matrimonio & amore conjugali, de Spiritibus, & preces peccatoris pœnitentis. II. Antonius Galand ſcripſit Epiſtolas & diſſertationes de monetis veteribus, & ſyſtema ſectæ Mahometanæ. III. Bernardus Lamy Sacerdos Congregationis Pariſienſis Oratorii prælo ſubjecit introductionem ad ſtudium S. Scripturæ, dialogum de ſcientiis, demonſtrationem chriſtianæ moralitatis, apparatum Biblicum, Libros VII. de Tabernaculo fœderis, de S. Civitate Jeruſalem & de Templo ejus, & harmoniam ſeu concordiam Evangeliſtarum præter varia ſcripta contra eos, qui ejus concordiam impugnarunt, edita. IV. Joannes Baptiſta Melinghan Benedictinus Congregationis S. Mauri, novam editionem inchoa-

inchoavit operum Tertulliani, quam P. Duretus absolvit. V. Nicolaus Malebranche Presbyter Oratorii scripsit Inquisitionem veritatis, conversationes Christianas circa veritatem Religionis, tractatum de natura & gratia, ejusdem apologiam contra Arnaldum, tractatum de doctrina morum, mediationes Christianas & Metaphysicas, responsum ad Arnaldi librum de ideis, & in hujus responsi defensionem tres libros: colloquium de Metaphysica & religione, tractatum de amore Dei, meditationes pro aquirenda humilitate & pœnitentia: Dialogum inter Philosophum Christianum & Sinensem de existentia Dei, & Reflexiones in Præmotionem Physicam præter plura alia. VI. Franciscus a S. Syro Carmelita Excalceatus scripsit itinerarium Orientale, vitam V. D. Eliæ a S. Alberto Carmelitæ Discalceati Aspahamensis Episcopi, & itinerarium Occidentale. Sæc. XVIII. A.C. 1715.

§. XXXIII.

Scriptorum Protestantium obitus & opera.

Celebrantur ex Acatholicis hoc anno defunctis præcipue sequentes Scriptores. I. Jacobus Perizonius, qui publici juris fecit Animadversiones Histori- *Mem. l. c.*

Sæc. XVIII A. C. 1715

storicas, dissertationem de Augustam Orbis terrarum descriptione, Commentarium Historicum de rebus gestis Sæcul. XVI. usque ad Carolum V. Dissertationes de Censoribus Populi Romani de Nece Judæ, de ære gravi & alia contra Huberum, Gronovium Kusterum & alios. II. Joannes Quistorpius edidit Annotationes librorum Biblicorum commentarios in omnes Epistolas D. Pauli, exercitationes in formulam concordiæ, manuductionem ad studium Theologicum &c. III. Carolus Ancillon scripsit Historiam de Gallorum in Brandeburgum profugorum statu reflexiones in tolerantiam, irrevocabilitatem Edicti Nannetensis, bilancem Religionis & Politicæ, Historiam Solimani II. Vitas eruditorum, Francian Nannetense edictum restaurare obstrictam, epistolam ad Regem Franciæ pro ejectis Hugonotis, pluraque alia. IV. Thomas Burnet prælo subjecit suam theoriam telluris sacram, & Archæologiam Philosophicam. V. Gottfrid Olearius scripsit observationes in D. Matthæum, Collegium pastorale, disputationes de probatione spirituum, de Spiritus sancti adoratione, de Criteriis errorum circa religionem, de certitudine salutis, de miraculo piscinæ Bethesdæ, de Baptismo pro mor-

mortuis, de redemptione ex inferno, de κοινωνία cum Christo & dæmonibus, de gestis D. Pauli in urbe Athenien-sium, de demonstratione resurrectionis Christi, de communione S. Cænæ cum hæreticis, de adoratione Patris per Je-sum Christum, de vaticinio Josephi, de Angelis desertoribus, de fide mira-culorum passiva, de morte & vita fide-lium cum Christo, de fanatismo Pa-pæo, & alia quamplurima opuscula. VI. Samuel Schelgvigius elucubravit dissertationes de boni politici requisi-tis, de Ebionitis, de Novatianismo & de Præadamitis, meditationes biblicas, Quackerismum confutatum, manuductionem ad Augustanam Confes-sionem, & formulam concordiæ, Sy-nopsin controversiarum Pietisticarum, Itinerarium Antipietisticum, examen Papismi &c. VII. Petrus Haertalius edidit disputationes de Prædicatione impropria, de religione, de Palladio Trojano, de Balneis & lotionibus fri-gidis, de Urim & Thummim, de Na-tivitate Salvatoris de disciplina Scho-lastica & nonnulla alia. VIII. Caspar Neuman scripsit Exodum linguæ San-ctæ, disputationes de dispensatione circa legem naturæ, epistolam de scien-tia literarum hieroglyphica, Bigam dif-ficultatum Physico - Sacrarum, Cla-

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

Sæc. XVIII. A. C. 1715.

vem domus Heber, de punctis Hebræorum, Geneſin linguæ ſacræ, trutinam religionum præter alia. IX. Nicolaus Haus elucubravit diſputationem de Aſtrologia judiciaria, Biblia cum notis, & alia quædam Aſcetica. X. Joannes Georgius Roeſer vulgavit diſputationes de obligatione hominis ad ſe conſervandum, de ritibus antiquis Eccleſiæ Chriſtianæ in precibus publicis, de thronis Eccleſiaſticis, de throno Dei, de Phyſica ad Deum manuducente, de lege naturali, de officio hominum erga ſeipſum, de officio eorum, qui læſerunt, & læſi ſunt, de æqualitate & inæqualitate hominum, de præceptis Noachitarum, & de officio hominis erga animam, Inſtitutiones morales, & alia plura varii argumenti opuſcula.

§. XXXIV.

Clementis XI. Pontificis oppoſitio contra Erneſti Auguſti Brunsvico-Luneburgenſis Ducis electionem in Osnabrugenſem Epiſcopum.

Bull. magn. Clem. XI. Part. II. pag. 239.

Poſtquam Carolus a Lotharingia Osnabrugenſis Epiſcopus anno priori e vivis, exceſſerat, Capitulum & Canonici

nonici præfixa die ad novi Episcopi electionem processerunt, cumque juxta Pacis Westphaliæ pacta mortuo Episcopo Catholico ex Acatholicis Luneburgensis familiæ Principibus unus subrogari deberet, cælesti ad hanc electionem S. Spiritus ope *sacrilege*, ut ajebat Pontifex, invocata, unanimi suffragio Ernestum Augustum Brunsvico-Luneburgensem Ducem in Episcopum postulârunt, moxque illius postulationem solemni ritu, in SS. Triadis nomine promulgarunt, actis demum Deo gratiis, & decantato Hymno Ambrosiano. Hanc electionem Clemens Pontifex, vestigiis suorum Prædecessorum, qui Pacem Westphalicam saltem protestando enervare nituntur, insistens, Germaniæ concordatis, S. Conciliis, Apostolicis Constitutionibus, imo & ipsius Catholicæ Religionis principiis aperte refragari, cunctaque manifeste nulla absque alia declaratione, esse edixit, & Canonicos ad tanti facinoris iniquitatem obtegendam haud caussari posse censuit, *sibi & Ecclesiæ ceteroqui impendentium malorum timorem, eoquod in illorum cordibus fervere debuisset charitas Christi, quæ foras mittit timorem, & si quid timendum fuisset, unice timere debuissent, ne apud Deum, & homines jure redargui possent Ecclesiæ*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Vid. supra pag. 134.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

dignitati, loco, & honori ſuo, ac debita ſacris legibus reverentiæ turpiter deſuiſſe. Eapropter Pontifex die decima ſeptima Decembris hujus Ducis electionem ipſo jure nullam, cunctaque inde ſecuta & ſecutura omnino irrita fore, & Osnabrugenſem Eccleſiam, ſicut prius, vacantem declaravit, ac præterea Hieronymo Tarſenſi Archiepiſcopo ſacræ Sedis Nuntio injunxit, ut præfato Capitulo & Canonicis Osnabrugenſis Eccleſiæ incunctanter denuntiet, eos propterea incidiſſe in cenſuras & pœnas a Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus contra talia perpetrantes inflictas, proin illos ſerio moneat, ut propriæ conſcientiæ ſecuritati quam primum conſulant. Id quidem ſi fecerint, ſuoque agnito exceſſu veræ pœnitentiæ ſigna oſtenderint, Nos, proſequebatur Pontifex, *juxta ejusdem Sedis morem*, quæ tanquam pia Mater *recurrentibus poſt lapſum cum humilitate ſe liis ſe propitiam exhibere ſolet, & benignam, eidem Hieronymo Archiepiſcopo & Nuntio per ipſas præſentes committimus, & mandamus, ut quoscunque ex illis, qui eadem præmiſſa peregerunt, vel alias in eis quovis modo culpabiles fuerunt, ad ſe recurrentes, ac de præmiſſis hujusmodi dolentes, ſi hoc ab illo humiliter petierint, & facta prius per eos declaratione, quod*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

quod ipsi præsentibus literis ac omnibus & singulis, quæ in illis continentur, plena, & sincera ac debita obedientia, in omnibus & per omnia se submittunt, nec non facta itidem promissione, quod in futurum a similibus abstinebunt, & quicquid eis ulterius præscriptum aut injunctum fuerit, priusquam infrascriptæ absolutionis beneficium obtineant, observabunt, & adimplebunt, a censuris & pœnis Ecclesiasticis quibuslibet, quas propterea quovis modo incurrerunt, seu incurrisse censeri possent, injuncta cuique pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, similiter injunctis, in utroque foro auctoritate nostra Apostolica absolvat, & totaliter liberet, dictasque pœnas eis, & eorum cuilibet gratiose remittat, & cum eis super irregularitate per eos, qui a censuris hujusmodi innodati Missas seu alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) forsan celebrarunt, seu alias in suis Ordinibus ministrarunt, quomodolibet contracta dispenset, ipsosque ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia & Officia Ecclesiastica quæcunque rehabilitet, & plenarie redintegret. Nos enim quamcunque necessariam ad hæc facultatem eidem Hieronymo Nuntio nostro tribuimus, & impertimur &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Verum Pontifex facilius ex Romana ſpecula e longinquo cenſuras vibrare, & ad pœnitentiam calamo hortari poterat, quam Canonici ſolemnes & authoritate publica firmatas pacis leges in Germania impune transgredi. Poſtquam igitur hæc Pontificis ſententia per Nuntium Pontificium fuit intimata, quidam Canonici, ut ſacræ Sedi obtemperarent, nullique Acatholicis offenſioni eſſent, a cenſuris abſolvi petierunt: Præfatus igitur Nuntius hanc facultatem ſibi a Papa conceſſam demandavit Hyacintho Petit Epiſcopo Heliopolitano Ordinis Carmelitarum Eccleſiæ Osnabrugenſis Suffraganeo, qui duodecim ex præfatis Canonicis in genua provolutos anno hujus ſæculi decimo octavo non modo a cenſuris, pœnisque Eccleſiaſticis ſigillatim eximit, ſed etiam in irregularitate diſpenſavit, eosque ad famam, gradus, dignitates & quæcunque Officia Eccleſiaſtica reſtituit, ſingulis quoque in pœnitentiam injunxit, ut decem Imperiales in pauperes erogarent. Sequenti anno alii adhuc duo illius Eccleſiæ Canonici eodem modo Eccleſiæ communioni reſtituebantur.

§. XXXV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

§. XXXV.

Novi motus quorumdam Sorbonæ Doctorum contra Bullæ acceptationem.

Postquam Ravechetus Facultatis Parisinæ Syndicus plurium Doctorum animos eo inclinabat, ut Facultatis decretum, quo Pontificis Constitutionem a Facultate Theologica unanimi consensu fuisse acceptatam declarabatur, tanquam *falsum, adulterinum & commentitium* rejicerent, die secunda Januarii novas tricas movendi studio hanc proposuit quæstionem, utrum Facultas vel potius illi, qui præfatum decretum typis imprimi curarunt, præli expensas solvere teneantur? Ad hanc quæstionem Doctores ad Syndici vota die quarta ejusdem Mensis concluserunt, non modo hujus decreti Authoribus imputandos esse typi sumptus, sed etiam eorum decretum die 5. Martii 1714. conditum, utpote falsum, adulterinum & commentitium ex Facultatis Theologicæ tabulis esse delendum: perinde acsi hac litura decretum ante duos annos usque ad hanc diem nullo reclamante, confirmatum, a Rege approbatum, ejus jussu impressum, cunctisque communicatum, sola pauco-

Acta & decreta S. Facult. p. 28. Dorsanne Journal. t. 1. p. 246. Lasiteau t. 2. l. 3. pag. 156.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

rum oppositione, sine ulla judicii forma, propositione aut deliberatione præmissa, veritatis, & authenticitatis prærogativam exuere posset: Temeritati huic conclusioni sese opponebant Doctorum nonnulli, qui tamen a turbidi ceterorum factione publicis & privatis Facultatis comitiis interveniendi jure spoliabantur: Hæc ubi resciverat Aurelianensis Dux Regni Regens, tantam horum audaciam tempestive reprimere statuit, veritus, ne impudens hic Syndicus eo etiam temeritatis progrederetur, ut ipsum quoque Formularium, & Arnaldi censuram everteret: Eapropter die septima ejusdem Mensis ad eundem graves has dedit literas: „Jam ante aliquot dies vestram „declarationem typis imprimi vobis in„hibui, idem iterum hodie prohibeo, „vobisque declaro, nolle me, ut in „vestris conventibus directe aut indi„recte de Constitutione *Unigenitus* agatis, „quod si quis fervidioris animi meis „mandatis adversum quid attentaverit, „tibi in culpam imputabitur.„ Verum Syndicus Ducis mandato adeo non morem gessit, ut etiam Regentis interdictum occultaret veritus, ne, si impositam sibi silentii legem manifestaret, suorum conclusionem proponere, eamque approbari & confirmari præpedire-

tur:

tur: mox ergo sequenti die in publico consessu hanc conclusionem die quarta Januarii factam prælegi & confirmari postulavit: Ea audita mox Leulierus Facultatis Decanus intrepido animo sese opposuit, ac generoso Zelo suam oppositionem Notarii publici auctoritate firmari petiit: non minori tamen audacia exclamavit Syndicus: *hoc non patiar, id vetat nobis a Principe imposita silentii lex:* cui tamen mox reposuit Decanus, *cur ergo tu hanc legem tibi heri impositam prior hodie violasti, an quod alteri nefas est, tibi soli licet? nonne Principis lex æque vos ac Te obstringit?* Prævaluit tamen turbidorum numerus & potentia; cum ergo plurimi ex Doctoribus cernerent, insuperhabita omni oppositione ceterorum conclusionem confirmari, & solemne Facultatis decretum conculcari, necnon turbulentis hisce temporibus tantam eorum audaciam nec rationibus nec sua præsentia cohiberi posse, hinc ex Sorbonæ Aula discesserunt, ac viginti duo ex illis ad Parlamentum appellarunt, suæque oppositionis atque appellationis instrumentum confici jusserunt, declarantes, falso prorsus asseri, Facultatis Decretum esse adulterinum & suppositium: Insuper Episcopi non pauci suis Diæcesanis inhibuerunt, ne horum

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Doctorum Scholas utpote venenatis d
ctrinis infectas frequentarent; imo T
lonienſis Epiſcopus de la Tour Du P
de Montauban die decima quarta Mar
decretum edidit, vi cujus declaratu
quod nullum, qui in Schola cujusda
Magiſtri, qui Conſtitutionem non a
ceptavit, aut acceptationi factæ ob
ſtit, ſtudiis vacaverit, ad Statum E
cleſiaſticum aut ad S. Ordines admiſ
rus eſſet.

§. XXXVI.

Ravecheti Syndici malæ artes, ſeditioſi auſus.

Lafiteau l. c. Temoignage de l'Eccl. D'Eſpagn. pag. 310.

Indies magis creverat projecta ad om
ne facinus Ravecheti Syndici a
dacia; hujus enim impulſu inquie
Doctores die quinta Februarii hos v
ginti duos Magiſtros, qui ſeſe conclu
ſioni oppoſuerant, e comitiis ſuis ex
cluſerunt, jactato obtentu, quod i
ſua oppoſitione graviorum Doctorum
modeſtiam injurioſis verbis offendiſſent
Die autem prima Aprilis Ravechetus
Syndicus Tolonienſis Epiſcopi decre
tum tanquam ſcandaloſum, ſchismati
cum, & calumnioſum in Facultatis con
ſeſſu denuntiabat, habito prolixo ſer
mone, quem typis imprimi juſſit. Vi
ciſſim vero Epiſcopus hanc Syndic
ora

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

orationem, tanquam falsam, temerariam, scandalosam, Ecclesiæ injuriam, & non modo privatis hujus Regni Episcopis, sed toti etiam Epifcopatus Ordini & legitimis Potestatibus profanis contumelioſam, pacis inimicam, schismaticam, hæresi proximam, imo, si in sensu, quod deinceps nulla Constitutioni subjectio deberetur, hæreticam damnavit: His tamen minime terrebatur Syndicus, sed insuper, ut suæ pervicaciæ plures sibi conciliaret socios, portentosa impudentia in vulgus spargebat, & publicis novellis inseri curabat, quod plures, nobilioresque Germaniæ & Hispaniæ Universitates Bullam *Unigenitus* repudiassent, ac rejeciſſent. Hæc ubi Salmanticensis Academia de se in Galliis spargi inaudierat, confestim ea ad Cardinalem Rohanium die decima nona Augusti querulas hasce dedit literas:

„Nunquam luculentior Princeps „Eminentissime, apparuit vis solidæ, „veræque virtutis, quam modo in te „uno, cum nostra hæc Salmanticensis „Academia, tam longo terrarum inter„vallo disjuncta, valde sollicita est, ut „bene apud te audiat, qui Religionis, „Sapientiæ, nobilitatisque vero no„mine, & fama totum Orbem imples. „Quidni? si veterator ille magnus, hu-

„mani

Sæc. XVIII. A C. 1716.

„mani generis ſempiternus hoſtis, q
„ſexcentas quotidie artes, quibus cau
„publica lædatur, ſuis Novatoribus i
„ſpirat, tam inſignem calumniam a
„verſus Academiam iſtam per Europa
„diſſeminat, ut haud immerito vere
„mur, ne noſtri nominis infamia, n
„ſtrique etiam imminutio honoris max
„ma conſequatur. Eo enim calu
„niantium Novatorum provecta imp
„dentia, ut cum Apoſtolicæ Sedi o
„ſtinatiſſimis animis reſiſtunt ipſi, t
„nos etiam criminis execrandi ſocio
„exoptent plurimum: imo & eſſe qu
„que per Europam divulgent. Ec
„enim Amſtellodamenſe rerum nov
„rum exedrion hæc typis mandavit
„Salmanticenſem Academiam, ad quam
„tradu&ta prius fuerat a Cardinale in
„quiſitore conſtitutio *Unigenitus*, iſtam
„eandem conſtitutionem Theologorum
„omnium conſenſu repudiaſſe: pro
„pterea potiſſimum, quod illa ſit a Pon
„tifice, inconſultis inſignioribus Aca
„demiis, formata: atque etiam divi
„Auguſtini & Thomæ doctrinam con
„demnet. Qui nuntii, quamquam fa
„cillime calumniis, impoſturisque de
„prehendantur pleniſſimi ab his, qu
„Hiſpanorum in acceptandis divulgan
„disque Sedis Apoſtolicæ decretis mo
„rem cognoſcunt; ſecus tamen ab his,
„qu

„qui prorsus inscii sunt legum nostra- Sæc. XVIII.
„rum, atque eæ quidem sunt ejusmodi A. C. 1716.
„quæ maximam arguunt erga Apostolicam Sedem Hispanorum obedientiam. Quippe Ecclesiæ quodcumque „Decretum non Academiis, Theologisve committitur expendendum, (id „enim valde renuit eorum fidelitas) „sed generali solum Inquisitori, qui „nullo aliorum examine, nullisque exceptis placitis, incunctanter illud in „populos omnes divulgat, præcipitque „ab omnibus fideliter observari. „

„Quæ cum ita sint, haud defuerunt tamen, vel intra Hispaniam nostram, qui firmam adeo fabellis per Europam sparsis fidem præstiterunt, ut „vix possint, manifesta etiam veritatis „ostensione, ab ea, quam incaute induxerunt, persuasione detrudi. Vide „enim Princeps Eminentissime, quales „ad nos ultimis Tabellariis Madrito delati sint nuntii: nimirum Galliæ tuæ „virum præstantissimum, nobilitateque, „& prudentia ornatissimum, illic ad „maximi momenti negotia commorantem adeo esse in hac sententia, quod „constitutionem *Unigenitus* nos quoque „rejecerimus, obfirmatum, ut optimorum consiliorum viri nobilitateque etiam præclarissimi, ab ea illum mente „minime potuerint deducere. Quare

„licet

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„licet malignitas calumniæ hujus, a
„que impoſturæ non valde noſtros af
„ceret animos, qui ſubſidia ſibi ad om
„nes caſus ex optima conſcientia qua
„runt; quia eo tamen ſpectare viden
„peſſimi Novatores, ut hujus Acad
„miæ authoritate, & exemplis inca
„tos homines decipiant, in ſuique pe
„niciem maximam impellant, duxim
„exhibito hoc veritati teſtimonio, im
„minenti animarum diſcrimini occu
„rere. Atque nobis id opportuniſ
„mum viſum eſt, ſignificationem ad
„iſtam inſtituere, Eminentiſſime Pri
„ceps, qui cum veritatis amantiſſim
„lis, tum etiam nihil antiquius h
„beas, quam Apoſtolicæ Sedis jurat
„ſpecialiter hoſtes averſari plurimum.

„Hujus rei, cum aliæ nobis paſſim
„tum ea præcipue ſuppetit, obſerv
„turque confirmatio, quod SS. Dom
„nus Noſter Clemens XI. qui vigila
„tiſſime atque prudentiſſime Eccleſi
„gubernaculo præeſt, tuum erga C
„tholicam religionem Zelum, obedien
„tiamque erga Apoſtolicam Sedem ſin
„gularem, laudaverit maxime, obque
„navatam impigre operam in rem Ec
„cleſiæ, ſpeciales tibi ſuo diplomate
„egerit gratias. Quæ omnia, cum
„notiſſima cuique ſint, tum nos miri
„fice delectant; qui ideo, cum ad præ
„cla

„clariſſimos, atque illuſtriſſimos Gal- Sæc. XVIII.
„liæ tuæ præſules, atque etiam ad A. C. 1716.
„Collegium Sorbonicum ſcripſerimus;
„tum etiam eo ad te ſcribimus conſi-
„lio, ut veritatis conſcius omnino, cer-
„tiorque factus, noſtræ huic Academiæ
„impoſitam indigniſſime calumniam ab
„omnium mentibus hominum tua au-
„thoritate expellas.„

§. XXXVII.

Salmanticenſis Univerſitatis querelæ ad ſummum Pontificem contra iniquos rumores contra ſe diſſeminatos.

Cum autem eadem Univerſitas pertimeſceret, ne inſigni hac calumnia Romam delata ſummus Pontifex ſiniſtram opinionem de hujus Academiæ obſervantia, & erga S. Sedem obſequio conciperet, hinc die decima nona Auguſti ad Clementem Papam literas ab undecim Doctoribus ſubſcriptas hujus tenoris dedit: *Temoignage en faveur de La Bull. Unig. p. 298.*

Beatiſſime Pater!

„Quod conſtitutionem *Unigenitus* a
„Sanctitate tua die 10. Septembris ſu-
„perioris Anni 1713. opportuniſſime e-
„ditam, Salmanticenſis quoque Acade-
„mia noſtra ſuorum repudiaverit Theo-
„logo-

Sæc. XVIII. A. C. 1716

„logorum consensu, rumor est, qui
„totius Europæ hominum ora, atq
„oculos studiose pariter, & malitio
„a Novatoribus disseminatur. Atq
„is quidem, quo insperatam magis, e
„etiam nobis graviorem molestiam a
„tulit, & dolorem, ac nisi ad Sanctita
„tis tuæ humanitatem hunc scriben
„aditum nobis patere facilem anima
„verteremus, impetus iracundiæ fe
„nos a consueta Academiæ hujus mo
„deratione abduxisset. Quid mirum
„Ea nobis Beatissime Pater, impo
„tur persona calumniæ, qua Hispa
„quidem animis odiosior nulla; huj
„vero Salmanticensis Academiæ alum
„nis omnibus nulla unquam objecta e
„execrabilior impostura: quippe
„omnes, cum nihil antiquius habu
„rint, aut præstiterint diligentius, qua
„ut Decreta, Constitutiones, nutusq
„ipsos Apostolicæ Sedis observare
„fidelissime, tum præcipue Sanctitat
„tuæ constitutionem *Unigenitus* uti j
„stissimam, utilissimam, atque præc
„dendis, extinquendisque impiis No
„vatorum erroribus quam maxime ne
„cessariam, probaverunt, totaque suo
„rum animorum veneratione amplex
„sunt. Qui ergo fieri potuit, ut rectis
„simi nos pœnituerit consilii, a sanior
„excideremus mente, levitatisque hab
„exi

„exiguæ nota, probabiliſſimam nos „omnes mutaverimus ſententiam. Qui „rurſus fieri potuit (nam id nobis alte „fixum hæret) Salmanticenſem Aca- „demiam, ſummorum Pontificum libe- „ralitate erectam, auctam magnificen- „tia, favore protectam, immemorem „tandem ſui ab ea diſceſſiſſe obſervan- „tia ſingulari, interrupta obedientia, „fidelitate inſigni, quibus perenni a ſuis „primordiis ſucceſſione Sedem Apoſto- „licam proſecuta eſt? qui tandem po- „tuit accidere, id nos ſceleris admiſiſ- „ſe, hac ſolum de cauſſa, ut Novato- „ribus faveamus, utque omni improbi- „tate plenos homines imitemur, qui „cum Reipublicæ Chriſtianæ pacem „omnem perturbant, tum pariter ſuis „erroribus, Diſcordiis, diſſenſionibus- „que tunicam Chriſti inconſutilem, id „eſt, Eccleſiam Dei fœdiſſime dividunt, „lacerant, proſcindunt? Atque hæc vel „objici quidem potuerunt Salmanti- „cenſi Academiæ? Tui ſolum faſtigii „Majeſtas Beatiſſime Pater, efficit, ne „in acerbiſſimos queſtus prorumpat in- „dignatio noſtra. Interea tam inviſæ „atrocitas calumniæ haud exiguam „nobis ſolatii fecit uſuram, qui lucu- „lentiſſimo, quod exhibuimus, divul- „gavimusque per Europam veritatis „teſtimonio, aperuimus, patefecimus, „con-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

„confirmavimus, quos jugiter erga „Sedem Apoſtolicam, Beatitudinem„que tuam prætulimus animos, id eſt, „omni obedientia, ſubjectione, obſer„vantia, humilitate, venerationeque „compoſitos, id enim habet optatiſſi„mum Salmanticenſis Academia, quod „cum incitato, avido, & ardenti ſi„flagrans ſtudio, omnem amorem, in„duſtriam, laborem, in exequendis Se„dis Apoſtolicæ, tuæque Beatitudinis „præceptis, impendere: tum etiam „ipſum ſit apud omnes populos, urbes, „Regna, totum denique terrarum orbem „pervulgatum. Calumnientur proinde „famamque & honorem noſtrum con„vitiis, impoſturis, injuriis divexent „Novatores; ut vero ab hac nos cogi„tatione, ab hac ſecuriſſima mente, ab „hoc fideliſſimæ obedientiæ tramite di„vertamus, nunquam aſſequentur. Ad „extremum oramus, Beatiſſime Pater, „divinam Majeſtatem, ut lumine ſuo „præſentiſſimo, atque auxilio ſanctiſſi„mum imperium tuum defendat; ut „multos, quod fideliſſimi quique infi„nite precantur, in annos Eccleſiæ „clavum modereris; ut omnibus turca„rum infenſiſſimorum Chriſtiani nomi„nis hoſtium copiis, terra, marique, „feliciter ſuperatis, maximorum te glo„ria triumphorum cumulet & exornet.„

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Ejusdem summi Pontificis responsum ad Universitatem Salmanticensem.

Has Universitatis literas Clemens Papa summo excepit gaudio, ac confestim die duodecima Octobris ad ejusdem Professores ac Moderatores hoc dedit responsum. „Etli præclara & sane ve„tus, animoque nostro altius infixa o„pinio, quam gerimus de sincera in„corruptaque universitatis Salmanti„censis religione facile nobis persuase„rit, rumorem adversus illam a Nova„toribus, quorum os felle & amaritu„dine plenum est impudenter dissemina„tum quoad Apostolicam nostram Con„stitutionem, *Unigenitus Dei filius* om„nino a veritate alienum esse; nihilo„minus perlibenter accepimus ac legi„mus epistolam vestram die 19. præte„riti Mensis Augusti ad nos datam, „una cum illi adjectis documentis, qui„bus non modo calumniam vobis in„ustam perspicue diluitis, verum e„tiam universo Catholico orbi luculen„ter testatam facitis egregiam vestram „in sana doctrina tuenda sententiam, „inconcussamque obedientiam definitio„nibus supremæ Cathedræ B. Petri, in „qua idem glorioſus Apostolorum Prin-

Temoignage l. c. p. 306.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„ceps vivit adhuc & præsidet, præsta-
„que quærentibus fidei veritatem. Re-
„pleti itaque sumus consolatione, &
„superabundavimus gaudio, cernentes
„vos firmiter adeo illustribus Majorum
„vestrorum vestigiis ac exemplis inhæ-
„stere, quorum præstanti virtuti, per-
„petuoque in hanc sanctam Sedem fi-
„dio satis constat, magna ex parte de-
„beri singularem illam & plane insigne
„prærogativam inclytæ Hispaniæ no-
„tioni concessam, quod scilicet ipsa tu-
„sæculorum decursu ab omni hæreti-
„labe se immunem inviolatamque ser-
„vaverit, adeoque splendidum & glo-
„riosum Catholicæ titulum merito a-
„depta fuerit: debitis propterea laudi-
„bus vos, dilecti Filii in Domino, pro-
„sequentes, paterne vos adhortamur,
„ut avita decora, nominisque vestri
„dignitatem constanter tueri pergatis,
„ac ab Academia vestra quam diligen-
„tissime arcere curetis profanas vocum
„novitates, quibus iniquitatis filii in
„seris hisce temporibus vetustatem in
„cessere omni ope nituntur, quasi Evan-
„gelium Christi, ut inquit Apostolus,
„convertere paulatim vellent. Id por-
„ro de perspecta pietate, eximiaque
„sapientia vestra nobis abunde polliciti
„plane confidimus, fore, ut exempli
„vestri authoritate in dies magis con-
„fun-

„fundantur ac erubescant, qui supra Sæc. XVIII.
„ipsam supremam cathedram caput at- A. C. 1716.
„tollere procaciter audent, nec intelli-
„gunt se Magistros effici erroris, dum
„Christiana humilitate fieri dedignan-
„tur discipuli veritatis.„

„Omnipotens Deus dirigat vias ve-
„stras in beneplacito suo ac omnia vo-
„bis læta, atque secunda largiatur,
„quibus nos paternæ nostræ charitatis
„testem Apostolicam benedictionem
„peramanter impertimur.„

§. XXXIX.

Salmanticensis Universitatis Epistola ad ipsam Sorbonam.

Ejusdem tenoris literas Salmanticen- *Temoignage*
sis Universitas ad Cardinalem Bys- *l. c. p.* 334.
sium Meldensem Eqiscopum, necnon ad Arelatensem Archiepiscopum dedit: acrius autem expostulabat cum ipsis Sorbonæ Doctoribus, ad quos sequentes direxit literas.

„„Cum ad aures nostras vix con-
„solabili Dolore, pervenerit, quod
„non factum modo, sed nec fieri cogi-
„tarive posse unquam, vix immotæ
„mentis aliquis sibi persuasurus vide-
„retur, id illustrissimæ dominationi
„vestræ, qua par est, observantia de-
„crevimus nuntiandum; ut cum inso-
„lentem, demirata fuerit quorumdam,

Sæc. XVIII. A. C. 1716

„seu hominum, seu furiarum audacian
„atque impudentiam, tum nostrum
„omnium consternationem animorum
„prosequatur. Audivimus istam no
„stram Salmanticensem Academiam
„illustrissimæ dominationi vestræ, a
„more, Authoritate, communione con
„junctam, ea publicæ vocis fama tra
„duci, quæ nostrum nomen, honorem
„que maxime labefactet: frequentiss
„mos nimirum per totam Europam
„spargi rumores, constitutionem Un
„*genitus* SS. Domini nostri Clemen
„tis XI. conspirante totius nostræ Aca
„demiæ generali confessu a nobis re
„jectam fuisse, despectam, & modera
„tius ut dixerimus, nullo modo fuis
„admissam. Quod rumoris genus, cui
„epistolis primum familiaribus, priv
„tos inter viros, non sine magna ad
„miratione ad rei novitatem suspensi
„divulgari cæpisset; tum demum, au
„dacia vires acquirente, publicis no
„varum rerum tabellis commissum es
„ast propria sponte sese prodidit men
„dacium; cujus fabricatores, serius licet
„deprehenderunt, ex multa Hispanicæ
„consuetudinis ignoratione rumores
„illos non bene ad scopum calumnian
„tium fuisse compositos, sed palam ab
„omnibus convinci falsitatis: mos e
„nim in Hispania is viget, ut quælibet

„Sedis

„Sedis Apoſtolicæ conſtitutiones ad „generalem inquiſitorem dirigantur, „qui easdem, nulla præcurrente Aca- „demiarum, Theologorumve conſulta- „tione, quorum vel hoc ſolo nomine „certiſſima obedientia eſt, publicat, „præcipitque fideliter obſervari. Quare „correctiorem calumniam ut procude- „rent, impoſturamque ſimiliorem vero, „id Amſtelodamenſibus typis publicos „inter nuntios mandaverunt: trans- „miſſam, ſcilicet a Cardinali Inquiſitore „huic noſtræ Academiæ conſtitutionem „*Unigenitus* propterea potiſſimum a fa- „cultate Theologica fuiſſe recuſatam, „quod illam Pontifex fecerit inconſul- „tis quatuor orbis Chriſtiani inſignio- „ribus Academiis, & quod in dicta con- „ſtitutione ſanctorum Auguſtini & Tho- „mæ doctrina damnaretur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Undenam in Academiam iſtam „haud obſcuri in orbe nominis tam a- „trox prodiverit calumnia, non ſolum „conjectari, ſed certa narratione, haud „difficulter poſſumus illuſtriſſimæ Do- „minationi veſtræ declarare. Quippe „novimus unum eundemque, qui om- „nium retro ſæculorum hæreticos tenuit, „ſpiritum, in iſtos etiam Novatores „venenata fuiſſe ſucceſſione derivatum: „diabolicæ ſcilicet fraudis, ſeductionis, „temeritatis ſpiritum, quo, cum om-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„nem cum religione pudorem perdide-
„runt, tum ruinosæ diffidentes cauſſæ
„(ut miſſas faciam ſacri eloquii paginas)
„plurimos Eccleſiæ Patres, Concilia,
„Academias, Theologos tanquam ſuo-
„rum errorum fautores, ſuos præ-
„diarios, ſuos prætorianos per ſum-
„mam injuriam traduxerunt. His e
„tiam nunc artibus inſtructi, hanc no-
„ſtram Academiam in ſui erroris, d
„contumaciæ patrocinium adſciver
„Novatores; rati neque injuria, tur-
„piſſimum ſuæ ab Eccleſia defectionis
„crimen noſtri hujus conſeſſus imita-
„tione obvelatum iri, multosque ex
„incautis hominibus, miſereque in ſu
„pernicem deceptis, ſic eſſe facilius i
„ebibita ſententia confirmandos, quas
„parum eſſet, ingenti populi Chriſtiani
„ſcandalo, religioſo quodam optime ſen-
„tientium horrore, præſertim vero ma-
„xima noſtrum omnium indignatione,
„ſanctiſſimæ Apoſtolicæ Sedis conſti-
„tutioni rebelles extitiſſe; niſi etiam
„ipſam iſtam Academiam noſtram fera-
„lis noxæ hæreticæque pravitatis im-
„pudenter complicem efficerent. Quid
„ad hanc calumniam addi poteſt; quæ
„doloſior impoſtura cogitari? quod in-
„ſolentius ab ipſis orci faucibus evomi
„mendacium? non ſolum enim publici
„longe lateque per Europam divagati

„nun-

„nuntii, abſurdi, falſi, mandaces ſunt, Sæc. XVIII.
„nulla quippe nobis a Cardinali Inqui- A. C. 1716.
„ſitore propoſita ſpecialiter conſtitutio,
„nulla expenſa, nulla rejecta; verum
„quod oportebat, quo ferimur amore,
„qua in Apoſtolicam Sedem propen-
„ſione, impie a Novatoribus tractatam
„Conſtitutionem *Unigenitus*, uti juſtiſ-
„ſimam, atque diſſenſionibus, diſcor-
„diis, erroribus præcidendis utilem,
„maximeque neceſſariam judicavimus,
„probavimus, amplexi ſumus, quæ
„cum ita eſſe, neque aliter potuiſſe,
„contingere, non modo ſupremum in-
„quiſitionis tribunal, conſilia ſupre-
„ma, inferiora judicia, Academiæ Hi-
„ſpaniæ omnes, dinaſtæque cognoſcant,
„ſed vel poſtremi ex plebe homines id-
„ipſum facile ſibi perſuadeant; viderit
„illuſtriſſima Dominatio veſtra inſignem
„Novatorum inverecundiam; & perfri-
„ctam frontem, qua tam inviſam ca-
„lumniam, horribilemque impoſturam,
„non obſignatis tabulis, ſed reſignatis,
„reſeratisque totis audaciæ foribus, in
„omnium totius Europæ hominum ora,
„oculosque obtrudunt. Nimirum has
„edocti artes, ab optimo illo parente
„ſuo, qui ab initio mendax eſt, & Pa-
„ter mendacii, non hoc ſunt contenti,
„quod deficiant ab Eccleſia, religio-
„nem cum Deo, mundo, diabolo, ſe-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„cum ipsis, satisque probrosis affectio
„nibus partiantur, nisi etiam omni cu
„jusvis generis homini, totis humani
„tatis, & commercii rationalis, & u
„banitatis legibus violatis, imponan
„Ultimis, & decretoriis armis contr
„hæc monstra, proditoresque humani
„generis erat depugnandum, ni Epi
„stolæ hujus prohiberet brevitas, c
„maxime consulimus.„

„Interea id solatii nos manet, qu
„calumniæ istius provocatione nostr
„erga Apostolicam Sedem animos ex
„ramus, totique Christianorum ob
„publicos faciamus: altissime enim
„hæret nostris in cordibus, Petri c
„thedram, cui tam pertinaciter, audi
„cter, implacabiliter obsistunt Novatores
„esse columnam, firmamentumque ver
„tatis, cui, quæ probentur, admi
„tantur, statuantur, nullis non pro
„bari, admitti, statui opportere; qua
„vero rejiciantur, proscribantur, & con
„demnentur, ab omnibus pariter Christi
„fidelibus rejicii, proscribi, & con
„demnari.„

„Atque id hisce præsertim tempo
„ribus testatum vult hæc Salmanticen
„sis Academia, quibus etiam illud Hie
„ronymi ad Damasum scribentis, usu
„pans, jucundius accinit ad aures Ec
„clesiæ. *Ergo Beatitudini tuæ, id ej*
cathe

cathedræ Petri, communione consocior . . . Sæc. XVIII.
non novi Vitalem, Meletium respuo, igno- A. C. 1716.
ro Paulinum? quicunque tecum non colligit.
spargit. Quin & collectis in unum ani- *Epist.* 57.
„mis, vividiori qua valet, voce, totis
„nempe fidelitatis laceratæ conatibus
„elicita, istud acroama ingeminat:
„Jansenium non probo, odi Quesnel-
„lum; Sectatores detestor; Apostoli-
„cam sequor Sedem, audio Petri ca-
„thedram, decreta illius observo, con-
„stitutionem vero *Unigenitus* majori,
„qua possum, veneratione suscipio, *qui*
enim Ecclesiæ renititur & resistit, sic o-
„lim intonuit Cyprianus, *qui cathedram* *Lib. de Unit.*
Petri, supra quam fundata est Ecclesia, de- *Eccle.*
serit, num in Ecclesia, se esse confidit; quibus
ergo obtemperavi dicentibus, credite Evan-
gelio, cur non obtemperem dicentibus mihi,
nolite credere Manichæo: Augustinus aje- *L. contra*
„bat: & nos cur, reponimus, non Ec- *Epist. fund.*
„clesiæ pareamus, dicenti, nolite cre- *cap.* 5.
„dere Jansenio, nolite fidere Novanti-
„bus, nolite rebelles, pacem inter-
„turbantes, religionem subvertentes
„audire, cur igitur calumniatoribus
„adjungamur, Delirantibus consocie-
„mur, omni hypocrisi plenos homines
„imitemur, qui maximam impietatem
„sub pietatis larva, effrenatamque li-
„centiam adstrictioris vitæ tegumento
„divenditant personatam.?

„Hæc

Sæc. XVIII A. C. 1716.

„Hæc cum ita sint omnia, mani„mum operæ pretium esse duximus „ut illustrissimam Dominationem ve„stram veritatis hujus commonefacea„mus, cujus detectione tam ingentium „mendaciorum Authores, sin minus „erubescant, omnem quippe pudorem „exuerunt & verecundiam, linguas „saltem improbissimas contineant, qui„bus nostram erga Apostolicam Sedem „aversati obedientiam, fidelitatem „constantiam, turpissimas famæ nostræ „nominique dedecoris umbras offude„runt. Quo etiam fiet, ut ii omnes „qui seu perduellibus faventes magna „alacritate, & gaudio seu religioni, & „obedientiæ dediti, admiratione stupe„reque calumniam exceperunt, ab ea„tandem existimatione depulsi, ad pri„stinam regrediantur opinionem, gloriamque, & famam & honorem a præ„decessoribus nostris magnis in Eccle„siam Catholicam, remque literariam „meritis acquisitam, huic nostræ Aca„demiæ restituant.„

§. XL.

Declaratio Facultatis Theologicæ Nannetensis contra Constitutionis acceptationem.

Rem-

Renatus de Beauvere Nannetensis Episcopus jam Mense Martio anno hujus sæculi decimo quarto datis literis suo Vicario Generali præcepit, ut Facultati Theologicæ Constitutionem Pontificiam unacum mandato exhiberet, & utrumque ad tabulas referri peteret: Eidem quoque Vicario injunxit Episcopus, ut Facultatis mentem, necnon Doctorum, qui fors sese opposituri essent, nomina eidem integra fide indicaret: Hujus Facultatis Doctores seria mente perpendentes, quod hujus Bullæ acceptatio in generalibus Cleri Gallicani comitiis facta fuisset, probe prospiciebant, hanc Constitutionem aut esse acceptandam, aut Præsulum Regia auctoritate suffultorum indignationem esse subeundam: quocirca die decima quinta Maij eo promptius obtemperabant, quo certius ex Parisinæ Facultatis decreto hanc Bullam ab eadem quoque receptam fuisse intelligerent: Postea tamen Nannetensium Doctorum nonnulli a turbidis Parisiensibus Theologis incitati hanc Bullam aliter, quam *relative ad Instructionem Pastoralem* recipere nolebant, declarantes, quod duntaxat doctrinam in hac instructione contentam acceptare velint, *ut palam fiat omnibus, Sacram Facultatem inhærere Doctrinæ in documento Pastorali expli-*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Temoignag. de l'Univ. de Paris pag. 385. Extract. ex Regist. Fac. Nann.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

explicatæ. Hic acceptandi modus displicuit ceteris Doctoribus, qui hæc ipsa verba in suo Facultatis decreto corrigi, eisque hæc subrogari jusserunt: *Sacra Facultas inhærens* DOCTRINÆ CONSTITUTIONIS *in documento Pastorali explicatæ* &c. Hoc decretum ita emendatum die prima Junii, ut confirmaretur, rursus Facultati proponebatur: vehementer vero sese opponebant quidam Doctores, nihilominus tamen hoc decretum unanimi suffragio fuit confirmatum. Cum vero refractarii Doctores Ludovici Regis obitu mutatam rerum faciem intelligerent, atque a Parisiensibus Magistris factam Constitutionis acceptationem impune oppugnari cerneret, eorum sexdecim palam cristas erexere, ac die secundo Januarii hoc anno Parisinæ Facultatis exemplo animati, primum Facultatis decretum die decima quinta Maij tanquam veritati & justitiæ contrarium abrogantes aliud condidere decretum, quod ex actis hujus Facultatis extractum hujus est tenoris:

Syndicus dixit, se frequentius audivisse Decretum de Constitutione Unigenitus *acceptanda, unacum documento Pastorali & in tabulas publicas referenda, conditum a S. Facultate die decima quinta Maij Anno* 1714. *& approbatum die prima Junii ejusdem*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

jusdem anni, multis esse offensioni, utpote ambiguum, nec satis exacte juxta æquitatis & veritatis Regulas pronuntiatum. Hanc autem offensionem ortam esse, inquiebat Syndicus, *præter mentem S. Facultatis, cujus mens unice fuit, doctrinam acceptare documenti Pastoralis, quod documentum, quia videtur nunc insufficiens, plerisque etiam Doctorum, quos ambiguitas præfati decreti offendit, suadentibus, requiritur prædictum decretum relegi, ut emendetur, si visum fuerit, vel etiam abrogetur, eaque propter S. Facultas illud recognosci statuit: quo exacte recognito Doctoribus palam affirmantibus se nec Constitutionem recipere, nec quicquam erroris Authori Considerationum moralium in N. T. tribuere voluisse.*

Declarat S. Facultas, decreto de Constitutione Unigenitus *cum documento Pastorali acceptanda & in tabulas publicas referenda condito a S. Facultate die* 15. *Maij Anno* 1714. *& approbato die prima Junii ejusdem anni, nec mentem S. Facultatis satis esse expressam, nec satis æquitati & veritati fuisse consultum, quapropter, ut omnis scandalo locus amputetur, præfatum decretum S. Facultas supprimit, abrogat, & rescindit.*

Huic decreto mox sese opposuere sex Facultatis Doctores, solemni intercessione adjecta. Quamprimum vero Nannetensis Episcopus temerarios hosce quo-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

quorumdam Doctorum ausus compe
erat, hujus decreti indignitate comm
tus, illius Auctores vehementer o
jurgabat, eosque omnes interdicto su
posuit, & suis officiis amotos, necn
excommunicationis comminatione te
ritos obstrinxit, ut Alexandri VII. I
nocentii X. & Clementis XI. Constit
tionibus subscriberent, omnesque a
S. Ordines promovendi pollicerentu
se nequaquam in Patrum Oratorii Sch
lis Theologiæ vacaturos. Hæc Ep
scopi sententia refractariis Doctoribu
eo molestior acciderat, quo gravio
adhuc dolore compererant, quod p
riter Franciscus de Grillon Venatien
Episcopus suis Diœcesanis, ne Na
netensem Universitatem frequentaren
inhibuit, ni ab Ecclesiastico Minister
in perpetuum excludi vellent. Igit
hi Doctores inter arcta pressi, datis
teris die duodecima Februarii Parisi
Facultatis præsidium implorarunt, sup
plices, ut ea pro Religionis defensio
suas illis vires jungere, eorumque cau
sam apud Regni Regentem fulcire ve
let. Ad has literas die duodecim
Junii Parisinæ Facultatis Doctores re
sponsum dederunt, in quo Aurelianen
sem tanquam Principem justum & pru
dentem, suæque parti addictum de
prædicantes, contra Tolonienses Episcop
decl

declarationem die 25. Aprilis editam, & contra libellum sub titulo: *Epistola Episcopi . . . . ad Episcopum . . . .* vehementer querebantur, hæc autem scripta a Parisino die undecima Maij, & a Provinciali Parlamentis proscripta fuisse referebant, ac denique Senatusconsultum Rhemensis Parlamenti in favorem sex Theologorum Rhemensium editum brevi Nannetensem Facultatem in tuto collocaturum præsagiebant. Hanc Parisinæ Facultatis epistolam Nannetenses ad acta retulerunt, & Britanniæ Parlamentum die decima tertia Novembris libellum ita inscriptum: *Responsum ad Epistolam novi Catholici circa nuperam Constitutionem*, & alium sub titulo: *Historiam Core, Dathan & Abiron* suppressit, & Nannetensem Universitatem in suis privilegiis atque immunitatibus protegens, Episcopo interdixit, ne in suo Seminario publicas scholas aperiret. Hic vero suum decretum a Facultate suppressum indignatus, quosdam Doctores e suo seminario ejecit, alios suis officiis amovit, & nonnullos a Diæcesi expulit, ac propterea acceptis gratulatoriis literis a Bentivolio Pontificis Nuntio commendatus est. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. XLI.

Revocatio acceptationis a Rhemensi Universitate factæ.

Concluſ. Facult. Rhem. circa Conſtit. Dorſann. journ. pag. 259.

Eodem anno triginta Rhemenſis Facultatis Theologicæ Doctores ad Pariſinæ & Nannetenſis exemplum pariter acceptationis ſuæ decretum die prima Junii Anno 1714. promulgatum revocare attentarunt. Tantum nempe habet virium ad corruptelam pravitas exempli, ut a ſolo pravorum numero indies creſcat imitationis ardor. Hi igitur conſpirante eorum Decano Rogiero die vigeſima ſexta Junii hoc anno comitia habuere, in quibus Oudinetus Facultatis Syndicus, ut acceptationis decretum revocandi obtentum ceteris præberet, retulit, quod Magiſter Le Roux in ſuo apologetico aſſeruerit, Conſtitutionem *Unigenitus* a S. Ordine tanquam fidei Regulam acceptatione authentica & ſolemni receptam fuiſſe: cum vero hanc ſuam aſſertionem præfatus Magiſter firmaſſet Decreto ſeu concluſione die prima Junii 1714. urgente D. Campaniæ Moderatore edita, tabulisque inſerta, hinc poſtulabat Syndicus, ut Facultas Magiſtri Le Roux propoſitionem diſcuteret, ſimulque expenderet, an vera & libera vel extorta fuerit

fuerit Facultatis concluſio ſeu decretum, quo acceptata fertur Conſtitutio: Nullum eſſe hoc decretum ajebat. I Quia Magiſtris ſententiam edicere nec rogatis, nec poſt examen deliberantibus, ſed duntaxat a laico Præſidis vices agente, & Regis voluntatem exponente confecta eſt. II. Quia ſex Magiſtri diſſenſerunt. II. Quia Decanus propoſito Pariſinæ Facultatis decreto (quod tamen commentitium & adulterinum eſt) ceteros induxit. IV. Quia continet plures articulos, de quibus Magiſtrorum nullus tulit ſuffragium. V. Quia hoc decretum ex Pariſienſi tranſcriptum nec in comitiis lectum, ſed duntaxat Campaniæ Moderatoris juſſu tabulis inſertum, nec, ut moris eſt, in alia Congregatione relectum fuit. His a Decano in deliberationem vocatis, viginti octo Magiſtri hoc procuderunt decretum: Sacra Facultas ex unanimi ſuffragio cenſuit & declaravit, I. falſum eſſe, uti aſſeruit Le Roux, Conſtitutionem, quæ incipit: *Unigenitus* fuiſſe a S. Ordine acceptatam tanquam regulam fidei. II. Cenſuit & declaravit ex voto Magiſtrorum viginti ſeptem concluſionem die 1. Junii 1714. modo ſupra dicto editam, qua recepta videri poſſet eadem Conſtitutio, eſſe ipſo jure nullam, ac quatenus opus eſſet, abro-

Sæc. XVIII. A.C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

gandam, ut reipsa abrogat, tanquam opus, quod minime suum sit, atque Commentariis suis eradendam, seu Cancellis obliterandam cum omnibus suis appendicibus, apposita ad marginem notula, qua conclusionis hodiernæ mentio fiat.

Atque ita concluſit venerandus D. Decanus, idque ſignificavit Magiſter Le Roux, in Aulam ad id revocatus, qui nulla prolata ratione, viva voce Concluſioni interceſſit.

Publicata hac Facultatis concluſione ex variis, ut vocant, Decanatibus triginta octo Parochi, qui antea Bullam Pontificiam promulgaverant, ad Franciſcum de Mailly Archiepiſcopum literas dederunt, ſignificantes, quod & ipſi factam Conſtitutionis promulgationem revocaſſent.

§. XLII.

Literarium bellum utrinque magno ardore hac in cauſſa geſtum.

Dorſanne Journal. pag. 262.

Interim nec Pariſiis deerant, qui imperterrito animo Pontificis authoritatem lingua & calamo ſtrenue propugnarent, & opponentes Epiſcopos ob ſuam pervicaciam acrius redarguerent; ex his prior Franciſcus Gabriel de He-

Henin - Lietard Alesanus Episcopus, ut creditum est, libellum supplicem hanc in rem Mense Martio publici juris fecit: Alterum ejus tenoris librum ad omnes totius Orbis Episcopos directum suppresso nomine quidam Atrebatensis Bibliopola imprimi curavit, atque ad omnes Episcopos, Magistratus, Doctores, pluresque alios transmisit: illius Author credebatur P. Tellierus: tertio denique vulgabatur alius libellus pariter ad Episcopos omnes directus, qui ita inscribebatur: *Epistola Episcopi . . . ad Episcopum . . . .* in qua Author Episcopos ad reprimendam Parisinæ Facultatis audaciam hortatus, eos incitabat, ut Sorbonam frequentaturis sacros Ordines conferre recusarent, editoque mandato declararent, deinceps sacris Ordinibus non esse initiandos, qui in quadam Universitate, quæ Constitutionem non recepit, vel acceptationem factam revocavit, studiis vacaverint. Hæc scripta Quesneliстæ per ludibrium *classicum Jesuiticum* appellitabant, eorumque nonnulli ea confutare nitebantur, & quidem primum epistola *cujusdam Magistratus ad quemdam Episcopum*, alterum libello, cui titulus: *Refutatio utriusque seditiosi libelli exeunte Mense Februario editi circa acceptationem Constitutionis Unigenitus.* Eodem tem-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

pore alius ex eorum officina prodiit Liber 160. paginis constans, qui hunc titulum habuit: *Epistola cujusdam Theologi ad Episcopum circa hanc magni momenti quæstionem, an Jesuitas pro concionibus & confessionibus approbare permissum sit.* Posterior hæc Epistola Montpessulano Episcopo tam solide scripta videbatur, ut suæ Diœcesis Jesuitas omnes interdicto subjiceret, quo cognito Episcoporum non pauci Parisinos Jesuitas accessere, eorum vicem dolentes, & brevi pristini splendoris reparationem spondentes: quapropter mordaci admodum sarcasmo mox non nulli hos Præsules impetebant, dicentes, *his Præsulibus firmiorem esse fidem in resurrectionem Jesuitarum, quam in resurrectionem mortuorum.* Insuper Parisiense Parlamentum die quarta Aprilis libellum, qui Telliero adscribebatur, tanquam seditiosum suo decreto suppressit.

§. XLIII.

Parisinæ Facultatis & Parlamenti indignatio contra Tolonenſis Episcopi declarationem.

Dorsanne Journal pag. 263.

Vix verbis exprimi valet, quam impotenti ira Parisienses quidam Doctores contra Tolonensis Episcopi declarationem, cujus jam supra mentionem

nem ingessimus, debacchati fuerint: Hanc præfatus Præsul die decima quarta Martii publicam reddiderat, mox autem Sorbonæ Doctores suæ Facultatis auctoritatem graviter læsam rati, cum ad ejus exemplum alios quoque Episcopos ejusmodi decreta edidisse cernerent, iras & minas in Tolonensem effundere cæperunt: præprimis ergo Facultatis Syndicus die prima Aprilis contra hanc declarationem vehementissime declamabat, mox autem Episcopus die decima quinta ejusdem Mensis publico scripto contra Syndici sermonem typis impressum questus, illum tanquam falsum, temerarium, Ecclesiæ, Episcopis, totique Episcoporum Ordini injuriosum, hæreticum &c. damnavit: Divulgato hoc Episcopi decreto Cardinalis Noaillius, & Matthæus d'Herveau Touronensis Archiepiscopus, se coram omnibus tanquam hæreticos notari, apud Regni Regentem die sexta Maij querebantur, petentes, ut hujus Episcopi decretum in suis Diœcesibus damnare permitterentur. Ut vero Aurelianensis Dux novas turbas inde orituras præverteret, Parlamento petenti indulsit, ut tam Episcopi declarationem, quam libellum seu *Epistolam Episcopi ad Episcopum* publico decreto proscribere valeret: Hoc die undecima

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Temoign. de l'Univ. de Paris pag. 326.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

Maij impetrato tripudiabant refractari Sorbonæ Doctores, Rohanius vero Cardinalis quosdam convocavit Episcopos ut, quid contra probrosum hoc Parlamenti decretum sit decernendum, cum eis deliberarent: verum sana quæque consilia prosperi successus spe destituebantur ob tumultuantium Doctorum petulantiam; cum enim hi Archiepiscopum Rhemensem die vigesima octava Maij a Parisiensi Parlamento impunei dignis prorsus modis vexari, Aptens Episcopi literas Pastorales, & Grasse sis censuram contra Hexaplorum librum proscribi cernerent, inde animosiores facti, præprimis Magistri Le Roux propositionem de amore Dei damnarunt eumque e suo gremio excluserunt, u infra recensebimus, postea in comitiis die vigesima secunda habitis Tolonensis Episcopi declarationem impetere aggressi sunt. Hanc in rem Joannes Gabriel Petit de Montempuis Sorbonæ Rector sequentem hanc habuit orationem.

„Dum præclaro insignium omni ge„nere Doctrinæ Magistrorum conspectu„fruor, in hisce generalibus Principis„Academiæ Comitiis, Decani sapientis„tissimi, Procuratores ornatissimi, Pro„ceres Academici, utinam liceret pro„meo in vos affectu suum unicuique„Ordi-

„Ordini laudis vectigal persolvere ob Sæc. XVIII.
„egregia, quibus tam utiliter laborem A. C. 1716.
„impendit studia: sed heu? aliorsum in-
„vitus transferor & abripior. Angit
„quippe animum incredibilis dolor ex
„congestis nuper in sacram Theologiæ
„Facultatem, imo in scholam univer-
„sam nostram acerbissimis injuriis, gra-
„vissimisque criminationibus. Nec vero
„id probri genus ejusmodi est, quod
„patienter & cum silentio discipulos
„ferre jubet Christi Domini, qui *quasi Agnus usque ad mortem obmutuit*, placa-
„bilitas & lex plena mansuetudinis.
„*Nolo*, inquit sanctus Hieronymus, *in* *Ep. 61. ad Pam.*
suspicione hæreseos quemquam esse patien-
tem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam
ejus, dissimulatio Conscientia judicetur, si
taceat, Neque ista jam maledicta disse-
„minantur veterum illorum Acade-
„miæ nostræ inimicorum nomine, qui
„unice amantes seipsos, quum omnia
„palam ad suum commodum referant,
„nihilque non postponant privatis affe-
„ctibus, omnem jam dudum seu in
„laudando, seu in vituperando amise-
„runt apud probos auctoritatem, sed
„aperte atque in ore & oculis universæ
„Ecclesiæ, de fide, qua sumus Christiani,
„nec non de eo quod in ipsa primum ac
„præcipuum est, criminatur sacrum
„Theologorum Parisiensium ordinem

Sæc. XVIII. A. C. 1716

„unus inter eos, quos *Deus dedit spes latores domui Israel.*

„Intelligitis proculdubio, viri Ac „demici, loqui me de recente illa To „lonensis Episcopi ad Clerum suæ Di „cesis *declaratione*; quæ quoniam ad „teram tota exscripta est ex infami il „Episcopi supposititii ad Episcopu „Epistola, qua tanquam Seditionis „discordiæ buccina classicum late p „Gallias concinitur, merito possi „ipsam authori potius seditiosi illius „belli attribuere, quam Tolonensi Ep „scopo, qui, ut nuperis hisce tempo „ribus non semel in usu fuit, nom „illi suum modo & sigillum adcomm „dasse censendus est.„

„Rogo autem vos Viri quotquot hi „adestis Academici, si parumper ve „tangat honos curaque sociorum The „logorum Parisiensium, una mecu „penditote & diligenter attendite qu „pronuntiata exhibeat contumelios „illud Mandatum, cui exoptat larv „tus & furens ejus fabricator, ut co „sentiant omnes Gallici Episcopi, a „que ut idem de compacto promu „gent.„

Primum est: *Non sine summo Eccle siæ Scandalo occurrunt Facultates quædam Theologicæ, imbutæ hac opinione, pro se esse respuere decreta summorum Pontifi*

cum, tum a Collegio ceterorum Episcopo- Sæc. XVIII.
rum susceptа & probata, tum etiam au- A. C. 1716.
ctoritate Principum suffulta.

„Deinde subjungitur: *in tam prava dogmata delapsas dicendum est scholas* om-
„nes, quæ Constitutioni (*Unigenitus*) se
„non subjiciunt. Hic autem Sorbonam
„nominatim citat Epistola illa, quæ vice
„Commentarii Mandatum illustrat.
„Postremo: *ad sacros Ordines Clerique honores & munera aditu omni ii interdicuntur, qui in ejusmodi scholis studuerint, nisi ubi illæ rite fuerint a Doctrinis perpurgatæ*, quas Auctor Epistolæ & Man-
„dati *periculosas & pestiferas* sibi fingit
„& vocat. „

„In istis pronuntiatis frustra quæ-
„rat quis easdem causas, easdemque
„leges præcipiendi, quibus, quo Do-
„ctrina cautior esset, moresque san-
„ctissime conformarentur, Apostoli pri-
„mum, tum SS. Patres ad quidpiam
„in Ecclesia constituendum animum
„adjunxerunt, hoc est, veritatem, æ-
„quitatem, Pacem, accuratamque re-
„rum considerationem ac normam cir-
„cumspecti & verecundi judicii. „

„Atque ut ab eo capite, quod præ-
„cipuum est, initium ducam, audacter
„adseveratur Constitutionem, quæ in-
„cipit: *Unigenitus* communi Episcopo-
„rum consensu & conspiratione susceptam
„fuisse

Sæc. XVIII. A. C. 1716. „fuisse & approbatam. Cujusmo „profecto consensus dum tam confide „ter fit mentio, quis non existim „aut universæ Ecclesiæ fuisse conv „catum Concilium, in quo de decre „illo suis ponderibus examinando „latum sit, quemadmodum expensa or „olim est Synodica sancti Leonis „Concilio Epistola Calchedonensi: „missam illam Bullam in singu „Orbis Catholici partes fuisse, & „acta ubique singularum gentium „nodo, de ea fuisse cujusque Eccle „judicio rite & legitime statutum; illu „denique sua luce & evidentia ac simp „& obvia ratione veritatis, unive „statim fidelium suffragia rapuisse, „est, ut ipsis sancti Leonis verbis ut

Ep. 77. ad Ep. Gall. *Admitentibus per auxilium gratiæ Dei solum Sacerdotibus Christi, sed etiam Pr cipibus & Potestatibus Christianis, cun que Clericis, plebibus, ordinibus, plen que evidenter apparuisse, hanc esse Apostolicam & Catholicam fidem, ex vinæ pietatis fonte manantem, & sincer & ab omni fece erroris alienam.*

„Vestram imploro fidem, proc „res Academici, vestram, quotq „estis, obtestor memoriam, an ita „res habuerit. Meministis adhuc „bio procul (equis enim unquam po „rit tam luctuosi temporis oblivis

„M

„Meminiſtis, quos hæc conſtitutio mo- Sæc. XVIII.
„tus, ſtatim atque prodiit in lucem, A. C. 1716.
„per Galliam univerſam concitarit; quis
„fuerit ſenſus, quis ſtupor, quæ com-
„ploratio ſingulorum hujus Urbis &
„Regni ordinum; quis mæror & gemi-
„tus omnium bonorum, *& digne Deo ambulantium*, quas dubitationes, hæſi-
„tationes, anxietates paſſa fuerit il-
„lorum perplurium religio, qui non
„ita pridem a pravis Calvinianæ hæ-
„reſis dogmatibus feliciter reducti ſunt,
„quis autem triumphus, & quam a-
„cerba irriſio eorum fuerit, quos fra-
„tres olim noſtros, ab Eccleſiæ Matris
„ſinu avellit hæreſis: Non ſum ambi-
„tioſus in malis, nec augere cauſſam
„lacrimarum cupio; atque utinam eſ-
„ſet ratio minuendi; quæ hic a me com-
„memorantur de illo animorum æſtu, &
„publica lamentatione fidelium, toti
„palam Eccleſiæ declarata ſunt ab Epi-
„ſcopis fide digniſſimis, in ea præſer-
„tim Epiſtola, quam communi ſigillo
„ſubſignatam ad Pontificem ſummum
„ſcripſerunt, miſſamque voluerunt: qui
„potuiſſet igitur fieri, ut mutatis de
„repente animis, ipſa illa Conſtitutio
„univerſis eſſet, ut palam aſſerunt,
„Eccleſiæ ſuffragiis pure, & ſimplici-
„ter comprobata: Nondum compertum
„eſt, num ea vel nomine tenus cognita
„ſit

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„sit longinquis in partibus in propioribus
„vero, quam hactenus sit experta fo
„tunam quis nostrum ignorat? in Re
„gnis & ditionibus plerisque vel pre
„sus non suscepta ea est, ut in Polon
„in Pedemontio, in Sabaudia, in Sic
„lia, in Hungaria, apud Venetos, v
„paucis in locis unus tantum & alia
„ei suffragatus est Episcopus. Qu
„autem Constitutioni prodesse pote
„quod vulgata ea fuerit forte ab inq
„sitionum præfectis, qui hoc nomi
„constituti tantum a Romano Pontif
„ad animadvertendum in viros fort
„non autem *positi a Spiritus sancto reg*
Ecclesiam Dei, nullam prorsus habent
„decidenda negotia auctoritatem.„

„In Gallia & in hac ipsa civita
„quid actum sit, qui possunt, nisi n
„bis oculos eruant, ullis simulationu
„involucris obtegere? Comitia inter
„habuerunt, quotquot ad Constitutione
„excipiendam paratiores congregari po
„tuerunt Episcopi, iique non a Pro
„vinciis suis delegati, non in Synod
„considentes: sed vel ii ipsi, quum di
„inter se dissentientes, dissoni ac di
„scordes sententiam suam alii alita
„ostendissent, omnes tandem de e
„consenserunt, Constitutionem no
„ante pro acceptata habendam esse
„quam si interpretatio ei multiplex ad
„jun

„jungeretur, hanc vero explicationem Sæc. XVIII.
„plerique Paſtorali uno documento pro- A. C. 1716.
„poſuerunt, quod an a Romano Pon-
„tifice viſum ſit unquam ipſique pro-
„batum, a nemine auditum eſt. Cæ-
„teri, Duce Eminentiſſimo Cardinali
„Noaillio, quem honoris cauſſa nomi-
„no, minime contenti iis interpretatio-
„nibus, quas alii quadraginta Epiſcopi
„adoptarant, confugiendum ad ipſum
„ſummum Pontificem cenſuerunt, ut
„ipſe, qui unus poterat, querelis fide-
„lium ſatisfaceret, & ortum inter fi-
„deles ſcandalum tolleret, jam vero
„qui in Provinciis erant, Epiſcopi di-
„verſimode Conſtitutionem interpretan-
„tes, diverſa Mandata & diverſas Epi-
„ſtolas Paſtorales emiſerunt, quin e-
„tiam Epiſcopi nonnulli vel diuturno
„ſilentio, quod hucusque conſtanter
„ſervaverunt, vel etiam ſcriptis ac aper-
„tis ſermonibus ſatis clare teſtantur,
„hanc ſibi plane rejiciendam videri. „

„Multa hic Orationis anguſtia negli-
„gere ac prætermittere cogor; ſed mihi
„nefas ſit præterire Auguſtiſſimi Sena-
„tus Pariſienſis ſedulam egregiamque
„operam: Quamdiu reipſa non minus,
„quam verbis propugnabuntur quatuor
„Cleri Gallicani, & noſtri ſex a Facul-
„tate Theologica jam ante ad tuendas
„Eccleſiæ libertates conditi Articuli;

„quam-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„quamdiu ſua Regibus, ſua etiam Epi
„ſcopis manebit, quam a ſolo Deo ha
„bent, poteſtas, quamdiu in memori
„& laude hominum erit tam ſingulari
„& inaudita animi firmitas, & con
„ſtantia, qua intrepide ipſe obſtitit il
„*Declarationi*, quam ſub Regii nomini
„& Pontificiæ auctoritatis obtentu
„Regni & Religionis hoſtes ad bon
„rum perniciem everſionemque omn
„ab ipſo Chriſto datæ, & diſperti
„potentiæ concinnarant.„

„Obteſtor vos iterum, Procer
„Academici, an in tam diſcrepantib
„Epiſcoporum ſententiis, in tanta d
„verſitate Mandatorum, quæ privat
„ſuo judicio & inconſulto Clero em
„ſerunt, in tam publicis ſingulorum
„Ordinum obmurmurationibus, in t
„querelis complurium Univerſitatu
„agnoſcatur in gratiam Conſtitution
„illa ſacroſancta Eccleſiæ vox & auc
„ritas, cui ſinguli non ſolum fidele
„ſed Doctores & Paſtores & Epiſco
„ſubjicere prorſus animum debeant?

„Deſinant igitur diſcordiæ buccin
„tores, qui ſubdole transfigurant ſe i
„Apoſtolos Chriſti, ſuis tot libell
„procacibus, tot formis Mandatorum
„Paſtoralium erroris & Calumniæ ple
„nis, invidiæ flammam concitare ad
„verſus eos omnes ſeu Epiſcopos ſe

„Mag

„Magiſtratus, ſeu Theologos, qui Con- Sæc. XVIII.
„ſtitutionem *Unigenitus* non accipiunt. A. C. 1716.
„Deſinant contra nos, nam in hac
„cauſſa unum atque idem quod ſacra
„Facultas, ſentimus omnes, quotquot
„Academicum vere hauſimus ſpiritum;
„deſinant contra nos communem ac
„certum ac minime dubium in ea Con-
„ſtitutione amplectenda Eccleſiæ conſen-
„ſum obtrudere; nec audeant am-
„plius impudenter calumniari Pariſienſes
„Theologos, quaſi adverſus ſanctam
„Sedem Apoſtolicam, imo contra Ec-
„cleſiam ipſam eſſent rebelles.„

„Hoc enim vobis, ſapientiſſimi Theo-
„logiæ Magiſtri, crimen demum im-
„ponunt, ex quo nuperrimis hiſce de-
„cretis, quorum fama jam totum Or-
„bem Chriſtianum pervagata eſt, quid
„de præſentibus Negotiis veſter Ordo
„vere ſentiret, quam libera; tam con-
„ſtanti ſententiarum unanimitate decla-
„raviſtis. Declaraſtis autem nunquam
„acceptam a vobis fuiſſe Conſtitutio-
„nem *Unigenitus*, ut morum ac fidei
„Regulam; nunquam illam veſtris fuiſſe
„ſuffragiis comprobatam.„

„Cenſueratis enimvero tantum, plu-
„ribus ſuffragiis, idque non poſt ullam
„de rebus in ea Conſtitutione præſcri-
„ptis & interdictis deliberationem, non
„ſponte, nec proprio voluntatis im-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„pulsu, aut libera propensione anim
„rum, si vera fateri licet, sed me
„ac terrore, imprimis autem singul
„reverentia Regiæ Majestatis, cuj
„vobis minax imperium obtendebat
„censueratis, inquam, multis licet
„ter vos huic in Commentarios insc
„ptioni plane renitentibus, comme
„tariis illam vestris inscribi oppor
„unacum Regiis literis id jubentib
„quidquid autem his amplius vobis
„tributum est famosa illa diei quin
„Martii Anno 1714. conclusione,
„ficte & fallaciter fuisse sacro ves
„Ordini attributum communi suffrag
„tione nuper pronuntiavistis. Hoc
„vestrum scelus est, sapientissimi The
„logiæ Magistri, atrocissimis quibus
„bet pœnis nunquam satis eluend
„Inde iræ in vos, inde odium acerb
„aut, ut verius dicam vesanus fu
„exarsit veterum Ordinis vestri,
„nostræ totius Academiæ inimicor
„qui hac vestra unanimi & conspira
„animorum concordia vident om
„suos conatus tantis laboribus, tan
„molitionum adparatu pene ad exitu
„perductos, uno statim momento p
„sumdari, spemque omnem opprim
„dæ veritatis, & superstruendi ej
„ruinis monstrosas suas opiniones, f
„xam derepente & irritam evanesce

„Ho

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Hominum ejusmodi Artibus & dolis „inducti Episcopi quidam sacro Theo- „logiæ Parisiensis Ordini, non veren- „tur palam hæreseos, & schismatis „notam inurere; arcere ab illius aditu, „& gradibus suos Clericos, eisque „scholas nostras penitus interdicere, tan- „quam corruptæ Doctrinæ pernicioſos „fontes, unde pro salubri veritatis po- „culo pestiferum erroris & Mendacii „venenum hauriant. Itaque, si voti sit „compos sævus textor formulæ Man- „dati, quæ in Diœcesi Tolonensi vulgata „est, ab Episcopis Galliæ singulis peri- „bunt modo nobis & nomen Magistri „& omnes gradus, nulli ad scholas „nostras convolabunt discipuli, vacuaque „tum auditoribus tum Magistris Aca- „demia nostra corruet aut invadetur: „denique ad extremum sine scholis pu- „blicis Urbs Princeps Regni florentiſ- „simi, sine Theologicæ Sapientiæ Pro- „fessoribus ex adversariorum nostrorum „sententia, Regnum & Ecclesia, Gal- „liæ deteriore profecto statu, mane- „bunt. O Regiæ Auctoritatis, Ordi- „nis Regni, tranquillitatis Publicæ & „æquitatis confusionem. „

„Verum enim vero quis nescit, quanta „fuerit hactenus apud omnes Scholæ „Parisiensis auctoritas, quantaque fa- „mæ celebritas? vere magis quam

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„jactanter dicam nullam Academiæ
„tamdiu floruisse, nullam tot fuisse
„natam titulis, auctam præmiis
„privilegiis, cumulatam honoribus
„quam ipsam illam, cui infamia nun
„infertur. Ejus prima in Regio Palat
„fuit Sedes; nomen, studiorum Univer
„tas, cognomen prior Regis filia, *quia*,
„ait unus ex juris interpretibus, *pri*
ei nata est, & primo fidem ac Regis hon
rem tuetur: Addo jura Academiæ
„stræ esse eadem, quæ Regiæ stir
„sunt, quum Regem ut Patrem,
„res poscit, adeat, nec petita quide
„venia, pro veste Regiam purpur
„habet; pro sigillo, lilia. Quid a
„plius? officii ejus partes sunt cu
„Gallicæ juventutis, hujusque ad
„tutes, ad literas, ad res divinas
„humanas institutio.„

Rebuf. in pro Conc.

„Quot olim existimationis & bea
„volentiæ testimoniis decorarunt
„Reges, Principes exteri, Episcop
„Romani Pontifices, & ut majus
„quid addam, suprema ipsa Concilia
„A sæculis prope novem, ex quo Ac
„demiæ nostræ primordia splendesce
„cæperunt, si qua res ad fidem Chr
„stianam vel mores pertinens difficilio
„occurreret, si qua devitanda perico
„losa Novitas; si alienum aliquod
„Catholica veritate dogma detege
„dus

„dum, arguendum, confutandum esset, Sæc. XVIII.
„rogare soliti erant non Reges modo, A. C. 1716.
„qui rerum in Gallia potiebantur, sed
„Romani etiam Pontifices sententiam
„& operam Universitatis Parisiensis. Quid
„quod selecti sæpe numero nostris e
„Scholis Magistri, aut ad Synodos gen-
„tis nostræ, aut ad generales, Lugdu-
„nensem, verbi gratia, & Constantien-
„sem missi sunt, iique ceteris omni-
„bus, ad tuenda & fidei dogmata &
„Galliæ nostræ jura, ac libertates Do-
„ctrinæ facem & constantiæ exemplum
„prætulerunt?„

„Nec minus acres Ecclesia experta
„est Academicos viros nuperis tempo-
„ribus orthodoxæ fidei custodes & vin-
„dices. Testem hic appello publicam
„fidem, an qui infamantur Theologi
„Parisienses, an ii, qui schismatis &
„nefandi erroris invidioso crimine eos
„arcessunt, inciderint, *in falsi nominis scientiam, & profanas vocum Novitates, utri Christum cum Belial consociant? utri partes faciunt fideli cum infidele, & templo Dei consensum paciscuntur cum Idolis? utri pro charitate, quæ spiritus est adoptionis filiorum, servilem substituunt metum, in quo non clamatur, Abba Pater?*

„Utri etiam Christi Domini gratiam
„ita extenuant, ut tota elangueat
„ac fere evanescat? utri tandem &

Sæc. XVII. A. C. 1716.

„disciplinam Ecclesiasticam, & eam
„Theologiæ partem, quæ circa mores
„versatur, funditus evertunt, vitiant,
„corrumpunt? Plura non dico, ne di-
„tius vos teneam, satis mihi est, quod
„sedula & diligenti veri investigatione
„mihi tandem liceat ab omni labe
„culpa immunem intelligere, ac testar
„rationem, quam in explorando com-
„mentarios suos, sensaque & decreta
„sua vera ab adulternis & commen-
„titiis distinquendo secuti sunt Acade-
„miæ nostræ Theologi. „

„Jam vero quod ad has vestri cau-
„curas descenderimus, chariſſimi Theo-
„logi, nemo, opinor, mirabitur. In-
„ducti fuimus tum Rectoratus nos-
„munere, ad quod pertinet providere
„nec quid detrimenti studium Theolog
„cum accipiat, ac quoquo modo de-
„pereat; tum grato & memori animo
„erga sacrum Ordinem, cujus in Schо-
„lis eruditi sumus, necnon honoribus or-
„nati; ipso demum exemplo Senatus
„utriusque Parisiensis & Aquensis, qui
„grave simul & præconium & testi-
„monium impertiti vobis sunt adversus
„nominis vestri violatores, qui alienam
„famam probris lædere pro nihilo ha-
„bere videntur, ne dicam pro delecta-
„mento. „

„Sub

„Sub umbra Auguſtiſſimi Senatus Sæc. XVIII.
„Pariſienſis, unde pendet legum cuſto- A.C. 1716.
„dia, tranquillitas Regni, populorum
„ſalus, Regum ſecuritas, noſtra quo-
„que jura, noſtri honores, noſtra ſtu-
„dia conquieſcunt, illius exemplo &
„auctoritate ſubſulta Academia noſtra
„ſemper conſtantiſſime retinuit Majo-
„rum ſuorum de juribus Regni & liber-
„tatibus Eccleſiæ Gallicanæ Doctrinam,
„& pro ea tanquam patrimonii pro-
„pugnatrix, fidelem operam curamque
„maximam quovis tempore, ut etiam-
„num, impendit. Adhuc fere per-
„ſonant hæc pulpita diſſertiſſimis voci-
„bus Procuratoris Catholici (Harlæi)
„quum abhinc aliquot annis, in hoc
„eodem loco Univerſitatem adhortare- 1682.
„tur, ut ſecum ipſi quoque nos ad ſu-
„premum Concilium appellaremus, ſo-
„litum nec inefficax Senatus & Acade-
„miæ Pariſienſis perfugium contra Ro-
„manæ Curiæ injuſtos conatus. „

„Quid jam ſupereſt, ſapientiſſimi
„Decani, procuratores ornatiſſimi, Pro-
„ceres Academici, niſi ut, qui finis eſt
„ſolemnis hujus ſupplicationis, Deum
„optimum maximum ferventibus votis
„oremus, ut Eccleſiæ pacem, tranquil-
„litatem ac concordiam reſtituat; ut
„tenerum Regem futuræ noſtræ felici-
„tatis ſpem & pignus, Regiis Chriſtia-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„nisque imbuat virtutibus, & ad a
„duam imperandi artem, Regum ip
„arbiter & exemplar, instituat. De
„nique ut Regiæ prosapiæ Princip
„omnes efficaci præsidio tueatur; in
„primis vero sereniſſimum Aurelian
„sium Ducem Gallici imperii Rege
„tem, a quo tanta nos Academici
„jam accepimus, & in futurum e
„pectamus beneficia.„

§. XLIV.

Justa Archiepiscopi Rhemensis indignatio contra hanc Rectoris declamationem.

Adversus hanc Rectoris oration Archiepiscopus Rhemensis die qui ta Octobris vehementer insurgens, ma datum typis edidit, in quo acerri reprehensione hunc declamatorem c stigans, inter alia dixit: „In quoda „sermone Academico in facie ipsi „Parlamenti, quod Regias literas „Constitutione tabulis inseruit, Vir E „clesiasticus audet dicere: quod ha „Constitutio fuerit, *argumentum mæror & gemitus bonorum omnium, scandalu inter fideles, animorum æstus, publica lamentatio fidelium, & quod ad eam ra piendam paratiores fuerint congregati Epi scopi* . . . Hic idem magis in Schol „rebus

„rebus quam Ecclesiæ disciplina versa- Sæc. XVIII.
„tus existimat, *Episcopos ad comitia, ubi* A. C. 1716.
agitur de doctrinæ articulis, a Provinciis
suis esse delegandos, perinde acsi tunc alia
„egerent missione, quam quæ eis ex
eorum charactere competit. Exprobrat
„etiam Rector, quod *Episcopi sua man-*
data privato suo judicio & inconsulto Clero
miserint: cumque hanc Constitutionem
„in Hispania promulgatam fuisse, ne-
„gare non potuit, saltem promulgatio-
„nis modum insectatus est, sub frivolo
„obtentu, quod ab Inquisitoribus fue-
„rit promulgata, sicque carpit usum a
„Pontificibus, Regibus atque Episco-
„pis comprobatum tam in Hispaniæ
„quam Lusitaniæ Regnis. Ergone
„ignorat hic Vir, quod hæc promulga-
„tio consentientibus Episcopis facta fue-
„rit? Ergone hic definitiones dogma-
„ticas publicandi modus potuit de illis
„judicandi jus Episcopis adimere?„

„Denique idem Vir Ecclesiasticus *Quoniam*
„in dubium vocat, an hujus Pontificii *adversus Se-*
„decreti nomen in exteris Regionibus *dem ipsam*
„sit cognitum, Facultatis autem de- *Apostolicam*
„cretum in toto orbe Christiano esse *latravit. Con-*
„cognitum, summa arrogantia dicit: *cil. Calc.*
„Ergone ejusmodi temeritas impune *ad Valent.*
„abibit? Ergo Constitutionem allatra- *& Marc.*
„re, cuicunque liberum erit: Ergo *Imppr.*
„tota profanæ potestatis moles dunta- *act. 3.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„xat premat illos, qui Bullam s„lemniter in Francia ab omnibus fe„me Episcopis acceptatam, & a null„Episcopo in toto terrarum orbe im„pugnatam receperunt? Cur ergo Sa„cerdotium & Imperium ad sedand„motus hos a seditiosis in Ecclesia Ga„licana variis in locis concitatos vire„suas non jungent? Objurgabat Gelas„sius Papa illos Gallorum Episcopo„qui quæstiones non sine Diœcesium„suarum offensione a quibusdam Pre„byteris moveri passi sunt, eorumqu„temeritatem castigari, ac intra sub„jectionis limites contineri petebat„silentium in ejusmodi casu, inquieb„hic Pontifex, suspectum est, & erro„rem dissimulare, idem est ac fovere„&c.„

§. XLV.

Nova injuria Archiepiscopo illata.

Temoignage de l'Univ de Paris p. 453.

Hoc Rhemensis Archiepiscopi mandatum Magister Edmundus Pouchot Universitatis Parisinæ Syndicus die decima quarta Novembris denuntiabat, atque Rectoris orationem veritati integritatique suæ ab Archiepiscopo læsæ restitui ac redintegrari petebat ac primo quidem inquiebat. „Cum Ora„tio prædicta ex ipsa singulorum Acade„mia

„miæ ordinum comprobatione facta sit Sæc. XVIII.
„instrumentum publicum totius Uni- A. C. 1716.
„versitatis, in Mandato detrahitur ei-
„dem orationi tanta auctoritas, tra-
„ducitur que fallaciter tanquam privati
„cujusdam Academici facta ad pompam
„oratio, tum vero ipsius oratoris di-
„gnitas temere admodum & sine vere-
„cundia deprimitur, dum tacito Re-
„ctoris gradu, oratio adscribitur *Eccle-*
„*siastico* solum ac nullius auctoritatis
„viro. Adde quod Auctor infidus &
„malevolus hinc atque illinc mutilatas
„periodos & diversum sermonem ple-
„rumque converterit; quo contigit, ut
„putaverit illustrissimus Archipræsul a
„Rectore adfirmari Constitutionem *Uni-*
„*genitus*, fuisse in Hispania promulga-
„tam, quamvis in oratione prædicta ne
„nomen quidem Hispaniæ occurrat.„

II. „Exposuit fraudem adhuc illu-
„strissimo Antistiti factam ab Auctore
„eodem, dum de D. Rectore perscri-
„bit: *Existimat, quod Episcopi pro co-*
mitiis, ubi agitur de doctrinæ rebus, de-
beant esse a suis Provinciis Deputati, nun-
„quam enim verba hæc in ipsius ora-
„tione leguntur. Retulit modo Rector
„Amplissimus, Episcopos Lutetiæ ob
„Constitutionem *Unigenitus* Congrega-
„tos, *a suis Provinciis non fuisse delegatos*,
„quod necesse fuissot, ut eorum con-

„sessus

Sæc. XVIII A. C. 1716

„ſeſſus dici poſſet, Cleri Gallicani con-
„ventus, nec omitti debet ab eo, qui
„rem, uti geſta eſt, relatam voluerit.
„Nihil vero a D. Rectore detractum est
„de jure Epiſcoporum in rebus, quæ
„ad religionem pertinent, tractandis
„quoties ob id in unum conveniunt.
„Quam inſulſe igitur Doctorem ſe ob-
„trudit Auctor idem, quum interro-
„gat: *An ergo alia indigent miſſione*
quam illa, quæ ipſis ex ſuo charactere
competit?

„Non ſane alia Miſſione indigent
„Epiſcopi: & quilibet vel mediocriter
„*in Eccleſiæ diſciplina* (verius dixiſſet
„Auctor in dogmatibus) verſatus, fa-
„verit unicuique Epiſcopo judicandi ja-
„ab ipſa ſua inauguratione inhæren-
„hæc adprime calent & tenaciter pu-
„pugnant Academici Pariſienſes, quan-
„to Rector ipſe magis?„

III. „Syndicus monuit, quam pe-
„culoſe illius Doctrinæ homini Epiſco-
„porum jura tuenda traderentur, qu-
„contra veterem communemque Eccle-
„ſiæ Morem Decreta dogmatica in Hi-
„ſpania ac Luſitania indicari nunc ac
„publicari ſola inquiſitorum opera, Epi-
„ſcopis tantummodo ſpectantibus, dicti
„& approbat; ſimulque ignorat, qua
„ritu, quamque concorditer, conſulto
„Clero, Epiſcopalia Mandata fieri de-
„ceat

„ceat. Quid enim docere debent Epi- Sæc. XVIII.
„ſcopi, niſi quod Eccleſiæ, quibus ju- A. C. 1716.
„vante Spiritu ſancto præſunt, tenent
„& pridem acceperunt? unde autem
„id melius exploratum eſſe poteſt, quam
„Clero in Conſilium adhibito & com-
„probante?„

IV. „Super hac nota: *quoniam adverſus ipſam Sedem Apoſtolicam latravit*,
„ad Mandati Marginem adpoſita ex
„adverſo verborum, quibus mentio ha-
„betur recentis Decreti Facultatis Theo-
„logicæ Pariſienſis ubique fama atque
„omnium ſermone celebrati, D. Syn-
„dicus pro Academia univerſa, nec-
„non pro eadem Theologiæ Facultate,
„de injuria conqueſtus eſt, eoquod
„ejusmodi infeſtiſſima Nota falſo &
„Contumelioſe vel ampliſſimo Rectori
„ejusque orationi, vel ſacræ Facultati
„Pariſienſi ejusque Decretis poſtremis
„adtribuitur.„

„Conqueſtus eſt Syndicus idem ora-
„tionem ampliſſimi Rectoris turpiſſimo
„audaciæ crimine ab eodem Auctore
„redargui, quam audaciam inducitur
„Præſul humaniſſimus peroptans non
„remanere impunitam: *Num tanta audacia impune abibit?*

V. „Tum continuo ſubjiciuntur ra-
„tiones & Argumenta puniendi per Ex-
„clamationem haud abſimilem: *Profanæ*

Sæc. XVIII. A. C. 1716. *sanæ auctoritatis rigor duntaxat feriat* [illegible] *los, qui Constitutionem asserunt fuisse* [illegible] *ceptam?* quæ verba non minus offendun
„qui civilem potestatem gerunt, quam
„Academiam Parisiensem & ejus Re
„ctorem amplissimum, quocirca supe
„hac re dixit D. Syndicus: Non me
„solius interest clamosæ huic expost
„lationi respondere, in præsenti mih
„satis sit advertere, quidquid Rector am
„plissimus commemoravit de modo, qu
„excepta est hactenus Constitutio
„*Unigenitus*, & de rebus circa eam ge
„stis, id omne Episcoporum comple
„rium testimonio, & fidelium confes
„sione omnino constare: Item quod
„asseruit D. Rector Decretum illud a
„Ecclesia non fuisse generatim acce
„ptum, supremi senatus Parisiensis
„consultis pluribus, aliarumque su
„premarum Curiarum Decretis abunde
„declaratum esse. Denique quod hac
„de re dicit fecitque Rector amplissimus
„ab eo fieri & dici potuisse ac debuisse
„Potuit quidem, quum præsit Aca
„demico Ordini, cui Gallici Regni Do
„ctrina & libertas ad defendendum com
„missæ sint. Debuit autem habita ra
„tione temporum iniquorum, quibus
„Sacra Theologiæ Facultas atrociter
„tam in Doctrina sua, quam in disci
„pulis ad se confluentibus exagitaba
„tur

„tur a quibusdam, qui pro firmo & „immutabili Decreto, si quo pacto „possunt, obtrudere nituntur Roma- „num illud, cui non accessit Ecclesiæ „consensus.„ Sæc XVIII. A. C. 1716.

VI. „Ad extremum postulavit Syn- „dicus has omnes querimonias & mo- „nitiones suas in Commentarios Uni- „versitatis referri, ne officio suo in re „tanti momenti defuisse posteris videa- „tur: ut vero quamprimum Rei gestæ „veritati, Ecclesiasticæ paci, & Am- „plissimi Rectoris juxta atque Acade- „miæ honori consulatur, petivit ejus- „dem D. Rectoris Orationem chartis „imprimi atque nomine Universitatis „vulgari.„

Comprobata hac Syndici petitione Jacobus Bourée de Reveillon Facultatis Theologicæ Decanus censuit, has Syndici querelas esse in commentarios Universitatis inscribendas, & Rectoris orationem sine mora typis imprimendam, simulque edendam esse Universitatis conclusionem, ac demum Rectori grates esse reddendas, quod Sacram Theologiæ Facultatem oratione sua defenderit.

Insuper Aquensis Parlamenti Advocatus contra Tolonensis Episcopi declarationem tam vehementer declamabat, ut præfatum Parlamentum Episcopi

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

scopi mandatum proscriberet, suum que edictum die trigesima Maij ad Parisiensem Senatum transmitteret: cum autem præfatus Advocatus in sua oratione de Parisina Facultate Theologica perhonorifice loqueretur, hæc suæ gratitudinis pignus reddituram ad Aquenses Parlamentum die vigesima Junii hac transmisit literas.

Illustrissimi ac invictissimi Judices

„Quod occasione disceptationum „quæ Gallias pene conturbant, nuper „ab augustissimo senatu vestro profectum „est Decretum, illud adeo propitium „est veritati, cui uni exponendæ tuen„dæque, ex impositio Nobis ab Eccle„sia & Republica munere incumbimus, „ut nostro videremur officio defuturi, „si ea in caussa, quod nostra interest, „(interest autem maxime) illud omi„ne definitum vellemus intra laudes et „applausus, quibus judicium vestrum „excepere, quotquot providere velint „suam constare Regno Ecclesiæque „tranquillitatem; eorum quippe homi„num, pacem sese facile offerentem, „vel invidiose metuentium, vel impro„vide avertentium, consilia tam sapien„ter elisistis, continuistis, ut in spem „veluti certam adducamur, quas com„pescendis contentionibus curas adhibet„

„potentissimus atque sapientissimus Re- Sæc. XVIII.
„gni Moderator, ad finem optatum A. C. 1716.
„propediem adducendas esse.„

„Liceat igitur nobis coram amplis-
„simo senatu exponere, quanta cum ani-
„mi exultatione, quam aperta obser-
„vationis erga vos significatione istud
„exceperimus edictum, ubi primum
„apud nos frequentibus in Comitiis, a
„Syndico nostro prolatum est, quas-
„que inde deberi a nobis gratiarum
„actiones unanimi consensione palam
„professi sumus. eas vobis scripto re-
„ferre quas possumus ampliſſimas. Id
„sane officii debiti, quod confidimus
„nobis honorificum, vobis acceptissi-
„mum, fore expetunt, tum perillustris
„Ordinis vestri suorumque in Rempu-
„blicam meritorum magnitudo ac fa-
„ma, quæ jam a pluribus sæculis ad
„omnes dimanavit; tam in defensan-
„dis imperii Ecclesiæque Gallicanæ ju-
„ribus invictissima fides illa, quam no-
„strum Collegium imitabatur, cum de
„retinendis saluberrimis sanctionis prag-
„maticæ legibus, iisdem consiliis & pari
„fortitudine utrobique certatum est;
„tum denique celebratus ubique favor,
„quo eximium & illustrem virum Do-
„minum de *Gaufridii* Advocatum Ca-
„tholicum præclara quæque de nobis
„eloquentem, prosecuti estis.„

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Qui exinde redundat in nos cu-
„mulatiſſimus honos, addet robur no-
„vum, novos ſpiritus, quibus vehe-
„mentius in dies excitati, Majorum
„noſtrorum Doctrinam circa fidei dog-
„mata, dignitatem Regni, thronique
„Regis, Eccleſiæ Gallicanæ libertates
„inconcuſſam ſervare pro virili ſatage-
„mus, noſtris alumnis inſtilabimus,
„ad poſteros ſicut paternum hæredi-
„tem, & peculium ſingulare alia
„omni pretioſius transmittemus. Cer-
„rum & pro comperto habemus, con-
„fidimusque, non aliis artibus mag-
„poſſe nos de Eccleſia, de patria, d
„omnibus ordinibus, Majorum noſtro-
„rum more optime mereri; veſtra
„nobis indies conciliare & fovere be-
„nevolentiam, ac probare veſtro ſen-
„tui memoris animi noſtri proni erg
„vos officia, qui omnibus votis ac ſtu-
„diis, illuſtriſſimi & integerrimi judi-
„ces, nos plurimum obnoxios, ac
„dictiſſimos, & devotiſſimos profitemur.

§. XLVI.

Summi Pontificis anxietas.

Lafiteau Hiſt. Conſt. t. 2. l. 3. pag. 158.

In turbido hoc rerum ſtatu triſtibus oppido curis vexabatur Pontifex quippe ab Epiſcopis, quorum auctoritas a quibusdam Univerſitatum Doctoribus

ribus tam audacter impetebatur, sollicitatus, legum severitate ejusmodi Academias & præcipue Parisinam ceterarum Antesignanam ad officium redigere decreverat: Verum non deerant alii, qui summo Pontifici suggererent, inde rem pejorem fieri, eoquod Facultatis Doctores a Papæ censuris tanquam *ab abusu* provocaturi essent, & tum nova eaque longe molestissima cum Parlamentis contentio suscitaretur: alii ergo exasperatos animos conciliandi diversa proponebant media; suadebant nonnulli, huic negotio penitus supersedendum esse, Sufficere, inquiebant, quod Constitutio a Clero Gallicano sit acceptata, quindecim vero Episcoporum repugnantiam esse contemnendam: cunctas ferme Conciliorum decisiones a nonnullis fuisse impugnatas, quin propterea quicquam earum auctoritati derogatum: ast ab horum consilio alienus erat Pontifex, ratus, hac taciturnitate errorem foveri, & opponentium numerum augeri: nec acquievit consilio eorum, qui ab omnibus ditionum Catholicarum Episcopis de Constitutionis acceptatione authentica testimonia esse requirenda, eisque prælo vulgatis refractarios de universali Ecclesiæ consensu convincendos existimabant: Verum Pontifex ejusmodi te-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

ſtium concurſum pro aliis Bullis ne
ab ipſis Gallis unquam fuiſſe petitu
nec per ejusmodi teſtimonia unqua
eorum, qui aliis Bullis ſeſe oppoſuer
audaciam fuiſſe repreſſam, repoſuit:
liunde autem ſpeciem præberi, a
Conſtitutiones dogmaticæ primum p
expreſſæ atque univerſalis acceptatio
certitudinem vim Regulæ fidei obti
rent, timendumque, ne refractarii h
ipſa teſtimonia quæſitis aliis prætexti
eluderent. Urgebant alii Pontifice
ut Synodum indiceret, locum & L
gatos nominaret, & refractarios
eam vocaret; hac ratione, inquieb
iſti, prævenirentur interjectæ appel
tiones, & Pontifex judicium in prop
cauſſa tuliſſe, argui non poſſet, ſim
que obſiſtentibus ſuam factionem pr
pagandi tempus præriperetur; ita en
nec ipſe Lutherus, ſi ſtatim Synod
fuiſſet celebrata, Germaniam, & S
ptentrionales plagas ſuo veneno in
ciendi tempus habuiſſet, quod d
loſis ſuis transactionibus nactus er
Quamvis Pontifex a Concilio Nation
in Galliis celebrando non omnino ali
nus eſſet, illud tamen convocandi di
ficultates, & Lutheranorum ac Cal
niſtarum Tridentinam Synodum re
cientium exempla abſterrebant: ſui
nihilominus Theologis injunxit, ut om
ni

nia obstacula, quæ Jansenistæ, eorumque fautores in præsenti temporum vicissitudine ejusmodi Synodo opponere possent, exacte exponerent: cum ergo hi tot tamque graves difficultates enumerarent, ut illæ intra semestre enodari posse, haud sperandum esset, Pontifex dimisso hoc consilio, judices delegari, atque judicii acta in opponentes instrui voluit: Id vero summopere displicuit Cardinalibus, qui Pontifici exponebant, obstare Franciæ consuetudines, vi quarum Episcopos, in prima, ut vocant, *instantia* in Provinciali Synodo judicandi jus Metropolitis eorumque Suffraganeis competit, Pontificum vero delegatos nonnisi via appellationis, & post sententiam in reos Episcopos latam agnosci: ac propterea Clerum Gallicanum Anno 1650. interposita intercessione contra Urbani VIII. Bullam de caussis majoribus Romam devolvendis, petiisse, ut Episcoporum caussæ majores ad eorum Provincias remitterentur, missisque literis encyclicis cunctis Episcopis injunxisse, ut insuperhabitis ejusmodi Bullis ipsimet caussas majores dijudicarent. Hæc vero, cum sine auctoritatis Pontificiæ, temporisque dispendio fieri haud posse, crederet Pontifex, animum ad alia convertit consilia, ac præprimis statuit,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVII. A. C. 1716

ut deinceps viduatis Ecclesiis nonni Episcopi sanæ doctrinæ affecti præfic rentur, eapropter Sacrarum Congreg tionum Cardinalibus inhibuit, ne a Archi-episcopatus, Episcopatus, & Be neficia nominandis, vel alias ob can sas ad Romanam Curiam recurrentib confirmationis, concessionisque liter expedirent, nisi prius Pontificis ma datum desuper accepissent: Vi hui mandati Abbas Lotharingius ad Bay censem Episcopatum, Abbas Castre ad Turonensem, & Abbas de Tourn res ad Rutenensem nominati suas lit ras obtinendi spe privabantur, nis Constitutionem acceptaturos, ejusq observvantiam in suis Diæcesibus prom turos scriptotenus pollicerentur: Pari Abbati San-Albino & Abbati de The necnon Entraguino ad Claromontan Ecclesiam ab Aurelianensi nomina ejusmodi literæ denegabantur, eoquo primi duo Episcoporum opponentiu Diæcesani essent, & tertius accusare tur, quod, se nunquam Constitution acceptaturum, palam jactasset: Ex ha vero repulsa rursus novæ molestiæ Po tifici accersebantur; eoquod Bentivo lius Nuntius de horum Abbatum vit doctrina & moribus testimonium fa propitium jamjam Romam misisset quo facto a Rege nominatos excludere

eos

concordatis contrarium erat: insuper Cardinales Pontifici significabant, quod hac repulsa hosce nominatos veluti hæresis reos dijudicare, novamque formulam, cui nominati subscribere tenerentur, invehere videretur, timendum autem foret, ne Parlamenta Episcoporum & Cleri jura protegendi obtentu novos concitarent motus, aliunde vero ipsimet Regi non levis irrogaretur injuria, perinde acsi ad vacantes Ecclesias hæreticos aut saltem de fide suspectos nominasset: Hæc Pontifex seria mente perpendens, in arcto se positum indoluit: effrænem opponentium licentiam reprimere, postulabat officii sui ratio; tacere & dissimulare, indecorum, & ob refractariorum Pontificiæ moderationi insultantium petulantiam erat noxium, & severitate uti minus tutum; opponebantur enim illico integræ cohortes, quæ objecto Episcopalis potestatis, Regnique consuetudinum scuto per Regum potentiam, Regni jura, & Ecclesiæ Gallicanæ libertates suam caussam etsi iniquam contra Pontificia edicta tuebantur, hinc sæpius exclamabat Pontifex: „ligan„tur mihi manus, obstruitur os, quam„diu cuncta audendi, scribendi & lo„quendi libertas hostibus meis impune „conceditur: notum tibi est, inquiebat

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

ad Tremollium Cardinalem conversus
„quanta impudentia in Galliis tot Sa
„cerdotes discoli, inquieti Monachi
„indociles Canonici, audaces Paroch
„ad Pastorum suorum vocem aures clau
„dant, eorum mandata eludant, ce
„suras spernant, ipsisque eorum Pa
„sonis insultent, & effræni liberta
„calamos suos acuant: Quandonam a
„tem eorum rebellio fuerit castigata: v
„unicum profer exemplum: nonne
„contrario, si vel unicus meas parte
„tenere creditur, mox ad Tribunal
„raptatur, ibidemque ignominiose ha
„betur? Quæ reverentia erga charac
„rem Episcopalem? nonne indign
„prorsus modis habebatur Archiep
„iscopus Rhemensis, & non aliam c
„caussam, nisi quod Constitutioni me
„debitum deferri obsequium procura
„nonne ipsius declaratio carnificis ma
„nu fuit combusta? Quid non attent
„runt contra Nannetensis, Massilien
„& Tollonensis Episcoporum mandata
„qua rabie insurrexere contra Cabill
„nensis Episcopi Epistolam, qua Co
„stitutionis meæ auctoritatem stabili
„studuit? nonne literas, in quibus Ep
„iscopi ad sacræ Sedis jura defendend
„excitabantur, novissime proscripse
„runt? calamitosum sane tempus, qu
„dissensionum furor, spreta Regia au
„ctor

„ctoritate Ecclesiæ pacem procurare Sæc. XVIII.
„intenta, contra omnes legitimas po- A. C. 1716.
„testates impune grassatur? Ergo su-
„premis potestatibus saltem ad quere-
„las os aperire denegabitur? Non, non
„absit a me, si tot contumelias dissi-
„mularem, prævaricator forem: quæ
„animo statui, opere exequar: illis,
„quorum doctrina mihi est suspecta,
„literas confirmationis constanter dene-
„gabo, & beneficiorum collationes ab
„Episcopis opponentibus factas minime
„ratas habebo, nec ultra eorum testi-
„monia acceptabo.„ Nec in solis ejus-
modi minis hæsit Pontifex, sed plu-
ribus ad Episcopatus nominatis lite-
ras Apostolicas concedere, constanter
renuit.

§. XLVII.

Opponentium artes in pervertendis acceptantibus.

Cum Aurelianensis Dux Regni Rector probe prospiceret, Parisiensium Doctorum, aliorumque temerarios ausus primævam suam originem ex Episcoporum dissidiis trahere, hinc ut securi ad radicem posita mali progressum sisteret, totus in eo erat, ut præprimis Opponentes Episcopos ceteris conciliaret, eosque ad acceptandam Constitu- *Lafiteau l. c. pag. 136.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

tionem quovis pretio perduceret: Ne hi ſeſe difficiles exhibebant, declara tes tamen, ſe nunquam Conſtitutio nem recepturos, niſi eam Pontifex prius explicaverit, quamvis vero Pon tificem horum votis ceſſurum minim ſperare liceret, quia tamen ipſus ſen per declaraverat, ſe *Opponentibus* nu quam condeſcenſurum, niſi prius ſe Conſtitutioni ſubjecerint, hinc ſibi pe ſuadebant, quod Pontifex petitas ex plicationes fors conceſſurus eſſet, hæ ab *Epiſcopis Acceptantibus* efflagit rentur. Hac ſpe freti, hos nova frau circumvenire decreverunt, ab eisq petierunt, ut juncta cum eis opera precibus Papam ad neceſſarias Conſ tutionis explicationes ſollicitare ve lent. Enimvero Acceptantes pacis o tinendæ fiducia decepti, hasque exp cationes duntaxat ad proniorem Bull acceptationem peti exiſtimantes, ſpo debant, ſe eorum petita apud ſummu Pontificem propria precatione ſuffulc ros: Hac acceptantium docilitate ani mati Opponentes, epiſtolam ad Reg Regentem concinnarunt, qua eidem ſup plicabant, ut eorum nomine ſuas qu que partes apud ſummum Pontifice interponere dignaretur. Hanc epiſto lam Opponentes Præſules ab Acceptan tibus Epiſcopis ſubſcribi petebant, hi

ver

vero quædam deleri, alia corrigi po- Sæc. XVIII.
ſtulantibus annuere Opponentes: To- A. C. 1716.
tum hoc negotium fideli premebatur ſilentio, & nil certius fore exiſtimabant Appellantes, quam has literas ita correctas ad Papam eſſe transmittendas, hujusque reſponſo tot votis exoptatam concordiam reſtitutum iri: Effluxerant plures menſes, quin ea de re ulla haberetur mentio, tandem præter omnem expectationem ex Hollandicis novellis ad Menſem Januarium compererunt, eorum epiſtolam, quin correctiones, eorumque notæ fuiſſent additæ, publicis typis vulgatam fuiſſe: Tum vero non ſine magna animi commotione intellexerunt, quod Opponentes has literas ab Acceptantibus non alio ex fine ſubſcribi poſtularint, niſi ut cunctis perſuaderent, ipſos etiam Acceptantes cenſuiſſe, explicationes a Pariſino Clero factas haud ſufficere, eosque factam Bullæ acceptationem ratam non habere, niſi eam Pontifex explicaverit. Verum detecta hac fraude Acceptantes Epiſcopi, præcipue Pictavienſis, & Vaurienſis, Cenomanenſis & Noviodunenſis palam declararunt, ſe vitiatæ huic epiſtolæ non ſubſcripſiſſe, minus vero ſe a ſincera Conſtitutionis acceptatione recedere, quinimo Agathanus Epiſcopus integram hujus fraudis

Sæc. XVIII. A. C. 1716. dis Hiſtoriam conſcripſit, totamque de- loſæ hujus machinationis telam extri- cavit, declarans, ſe nonniſi ad impor- tunas Cardinalis Noaillii & Turonenſis Archiepiſcopi ſollicitationes ſubſcri- pſiſſe, & quidem duntaxat epiſtolæ in pluribus correctæ. Poſtquam ergo hoc artificium ab ipſis, quorum opera illud perfici ſperabatur, fuerat everſum, hujus fraudis Architecti pudore & igno- minia ſuffuſi, alias Pontificem circum- veniendi artes excogitarunt.

§. XLVIII.

Quidam Legatus ab Opponentibus Epiſcopis Romam decretus.

Dorſanne Journ. pag. 251.

Interim ſummus Pontifex ex publici Novellis non ſine magna ſui admira- tione animique mærore ejusmodi epi- ſtolam a triginta Epiſcopis, ut falſo af- ferebatur, ſubſcriptam Romamque fuiſſe transmiſſam compererat, cum ergo nul- lam omnino recepiſſet, vehementer a- pud Cardinalem Tremollium deſuper querebatur: Hic vero pariter rerum ignarus, omnem impendit operam, ut ſaltem hujus Epiſtolæ tranſumptum furtive divulgatum nanciſci poſſet, quo tandem obtento patuit, nonniſi octode- cim Epiſcopos eidem nomen ſuum ap- poſuiſſe, & ex his præcipuos fuiſſe no- ver-

vem illos Opponentes, ceteros autem palam declaraſſe, quod ſua Conſtitutionis approbatione intacta permanente, duntaxat obtinendæ concordiæ ſtudio ac ſpe ſubſcripſiſſent. Enimvero Pontifex tam probroſum facinus vehementer indignatus, in Opponentes iram ſuam effundere parabat, injecto tamen pejoris motus timore abſterritus, tempori cedere ſtatuit: ab aliis vero, qui nimia indulgentia malum ſine remedio invaleſcere proponebant, ſtimulatus, in refractarios omni legum ſeveritate animadvertere ſtatuit. Non deerant, qui hos de imminente eorum cervicibus gravi tempeſtate datis Roma literis admonerent: quocirca fulmen novo artificio avertere intenti, rurſus Regentem urgebant, ut nuperam epiſtolam ab eis ſubſcriptam Romam mitteret, atque explicationes petitas obtinere niteretur: Verum Dux Aurelianenſis palam eis declarabat, quod ad hoc ſuam authoritatem, operamque impendere nullatenus velit, niſi hi Præſules, an & quomodo Pontificiam Conſtitutionem acceptare parati eſſent, prius inter ſe conveniſſent, ſimulque declaraſſent, quid demum agere decreviſſent, ſi Pontifex ſuam Bullam explicare, aut explicationes ab eis propoſitas ratas habere renueret. Inſperato hoc Regentis

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716. gentis reſponſo perciti Præſules, min fingendi fæcunditate repoſuere: fixu ſibi deliberatumque eſſe, ut duos el borarent tractatus, in quorum prim omnes difficultates & dubia ſua contr Conſtitutionem proponerent, & ea di ſolvi a Pontifice peterent, in alter autem circa articulos in Conſtitution propoſitos ſuam fidei doctrinam a p tiſſimis Franciæ Epiſcopis approbat Pontifici exponerent, ſi ergo, inquieba Papa has explicationes noſtras appro baverit, non modo concordia inter Epiſco pos erit reſtituta, ſed etiam fideles d genuino Conſtitutionis ſenſu edoceri, irrepentes abuſus tolli poterunt, ſi ver Pontifex id renuerit, tunc fidei ver tatem per expoſitam fidei doctrina ab omnibus ferme Epiſcopis approb tam ſolide tutandi media inquirere ne ceſſe erit. Eo fine Cardinalis Noail lius Regentem rurſus rogabat, ut ho conciliandæ pacis medium ratum ha bere ac ſuo Præſulumque nomine cum utroque hoc libello quemdam Abbatem Romam ablegare vellet. Annuit Au relianenſis Dux Regni Rector, ſeligeb batur etiam Chevalierus Abbas Mel denſis Epiſcopi Vicarius: Hujus Viri le lectus ſummopere diſplicuit Cardinali Biſſyo Meldenſi Epiſcopo; ſibique a Cardinale Noaillio contumeliam fuiſſe factam

factam autumabat, eoquod Virum, qui Romæ contra Constitutionem ageret, & cuncta in Bullæ favorem hucusque in Galliis ab ejus Episcopo operose gesta everteret, ex Episcopali domo selegisset. Eapropter Meldensis Episcopus, ut omnem suspicionis siniſtræ labem a se abstergeret, missis ad omnes Episcopos literis significabat, se nullatenus opponentium consiliis acquiescere, seque invito suum Vicarium Romam fuisse ablegatum. Insuper datis ab ipsum quoque Pontificem literis eundem certiorem reddidit, quod hic Abbas ad opponentibus Episcopis missus, de Jansenismo suspectus esset. Hoc Nuntio Pontifex eo acerbiori cruciabatur molestia, qno certius compererat, huncAbbatem jamjam die decima quarta Maij Parisiis discessisse, secumque itineris comitem habere Patrem de la Borde Oratorii Sacerdotem, qui Pontificiæ Constitutioni hucusque ceteris acrius sese opponebat. Augebatur vero Pontificis anxietas, dum Chevalierus, qui die decima sexta Junii Romam venerat, quarto post die ad Pontificis alloquium admitti petebat, ut typis impressas Opponentium Episcoporum difficultates consignaret, unacum doctrinæ articulis, in quibus hi Præsules difficultates oppositas additis pro suo genio

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

nio explicationibus tollere nitebantur. His traditis Abbas audacter a Papa petiit, ut hic omnes doctrinæ Gallicæ opiniones edita Constitutione approbaret. Cum autem Pontifex in propositis difficultatibus Bullæ verba ad perversum sensum maligne detorta, & oppolita dubia non sine Pontificis contemptu exposita cerneret, haud sibi, tam indignum scriptum e Præsulum Catholicorum calamo profluxisse, persuadere poterat: quapropter Cardinalem Tremellium accersiri jussit, ab eo scisscitatus, cujus impulsu, & quo tandem fine hic Abbas Romam missus fuerit; cui Cardinalis respondit, sibi totam negotiferiem incognitam quidem esse, suspicari tamen, transactionis media a Opponentibus proponi, quamvis ea sua Sanctitate approbari posse, ipsemet Regni Rector valde dubitaret, si vero Sanctitati suæ magis gratas concordiæ leges præscribere, præplaceret, easexequi, Regentem fore paratissimum: Cum autem Pontifex probe prospiceret, quod hi Præsules sub difficultatum obtentu privatas suas opiniones doctrinæ Constitutionis subrogare, & Pontificem si eorum articulos approbaturus esset, velut novæ doctrinæ fautorem traducere niterentur, tam perversa & fraudulenta eorum molimina toto auctoritatis

tatis suæ pondere evertere statuit: Ergo vigesima septima ejusdem Mensis die solemnem omnium Cardinalium consessum seu comitia indixit, in quibus sermone ad tres horas protracto inter singultus & lacrimas omnia recensuit, quæ hucusque in Galliis circa præfatam Constitutionem acta fuissent, postea ut suam longanimitatem, silentium & patientiam, qua hucusque Opponentium pertinaciam, & aliorum petulantias sustinuit, vindicaret, literas suas ad suum Nuntium datas, & a Regente rejectas, necnon ipsam Noaillii epistolam Anno 1705. ad Pontificem datam recitari jussit: His absolutis ingemuit, quod hic idem Noaillius olim filius lætitiæ, nunc Filius doloris, quo studio in Apostolicam Sedem flagraret, verbis ab animo suo penitus alienis jactarit. *Fors*, inquiebat, *ignorans peccavit? non: servus cognovit voluntatem Domini sui, id testatur in suis literis, ita credidit, ita eum fides docuit: Postquam nos locuti sumus, ipsius fuisset tacere, ex ore suo judicatur, ipsus contra se pronuntiavit sententiam: haud ultra ergo eum sustinere valeo, pœna in eum animadvertam: superfluum est deliberare, an debita pœna sit plectendus: agitur de salute propria animæ meæ; sine gravis peccati reatu dissimulare nequeo: non jam agitur, an ille, qui contra summum*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVII. A. C. 1716.

Pontificem insurrexit, e Synagoga & Se-
nedrio ejiciendus sit, nil restat, nisi ut dele-
beretur, qua pœna in eum ceterosque Oppo-
nentes sit animadvertendum &c. Dein Ecclesiæ, sacræque Sedis calamitatibus fusius expositis protulit rationes propter quas Bullam suam explicare superfluum atque indignum foret, ve enim, inquiebat Pontifex, hisce explicationibus aquiescere, se in conscientia obstrictos credent, vel non, si secundum, tunc rursus alias & alias exigent explicationes, si vero, tunc prius pro liceantur, se Pontificiæ explicationi im mota fide adhæsuros, quinimo potius jure Constitutioni acquiescendi obligationem admittere debuissent, utpote quæ a Sede Apostolica emanata, atque expresse a plurimis Ecclesiis, & tacite ab universali Ecclesia recepta fuit: vero ad comprobandum tacitum Ecclesiæ consensum requirunt *temporis lon-*
gum, tunc Opponentes statuunt prin cipium non modo in Galliis novum, & usque nunc nunquam auditum, sed in super Noaillii Cardinalis declaratio recta oppositum: *Legite*, inquiebat Pontifex, *hujus Cardinalis literas ad N.*
Anno 1711. *datas, & videbitis, quod con-*
stantem Ecclesiæ Gallicanæ consuetudinem
jactitans, nil nisi promptam submissionem
& perfectam obedientiam erga Prædecessorum
nostro-

Vid. supra t. 215. §. 76. t. 68. p. 322.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

noſtrorum Bullas contra Janſenium plenis buccis crepat. Obſervabitis, quod de ſolemni Apoſtolicorum Decretorum acceptatione diſſerens, fateatur, quod, ut Catholici omnes ad Bullas tanquam fidei Regulam acceptandas obſtringantur, indeterminata temporis mora nullatenus ſit neeeſſaria: Videbitis, quod inter præcipua Gallicanæ Eccleſiæ elogia recenſeat, quod illius Epiſcopi ſummorum Pontificum decreta ſuo examini ſubjiciendi jus ſibi non arrogarint: ipſus fatetur, quod expreſſa Gallicani Conventus acceptatio ſit internecina clades erroris jam a Sacra Sede proſcripti. Denique ipſum aſſerere audietis, quod ad hoc, ut univerſa Eccleſia obſtringatur, nullique appellationi locus ſuperſit, nec ulla mutatio ſit ſperanda, ſummorum Pontificum decretis contra Janſenium editis nil omnino defuerit. Fors id a Noaillio ideo dictum creditis, quia a tempore, quo hæc decreta emanarunt, longior mora interceſſerit, quia Eccleſia reclamarit: Non, non, ſuam epiſtolam Noaillius abſolvit his verbis: „confido hanc poſtremam Conſtitutionem a Clero Gallicano conſimili fidei obſequio acceptatum iri, quo paulo ante contra Molinoſium & librum *de Regulis Sanctorum* definita acceptavit, hæ duæ definitiones eadem nituntur auctoritate, qua illæ contra Bajum & Janſenium editæ ſunt, hinc credo, quod Gallicana Ec-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

cleſia de iis idem tuliſſet judicium, de iis quæſtio fuiſſet mota.„

Poſtea Pontifex inſuper ejusdem Cardinalis mandatum & literas ad Agennenſem Epiſcopum datas produxit, in quibus hic palam profeſſus eſt, libri patrocinium dimiſſurum, ſi Papa ad ſolemnem ejus damnationem induci poſſet: ex his ergo Pontifex oſtendit quod Cardinalis ſibimetipſi contradicat & ſua facta ejus ſcriptis & promiſſis adverſentur: „Reſponde mihi, alloquebatur Pontifex Noaillium veluti praſentem; ubinam legiſti, quod Epiſcopus aliquis doctrinam in Pontificia Bulla contentam dijudicare & calumniari poſſit? Nonne quatuor Francorum Epiſcopi Janſenii errores propugnabant & tamen inſuperhabita eorum Oppoſitione *cauſſam eſſe finitam*, nec appellationi locum & alterius judicii ſpem ſupereſſe pronuntiaſti? Eodem anno *emanavit* & *recepta* fuit Bulla *Vineæ Domini*, nec inter emanationem & receptionem ullus temporis lapſus, quem tu pro Bulla *Unigenitus* expetis, intercеſſit, & tamen ab hoc anno habet Bullam vim legis habere, communi Gallorum ſententia fuit, & Clerus Romanus manus Bullam *Unigenitus* acceptandi cenſuit, illam habere eandem vim legis, quam habuere Bullæ contra Janſenianos

„ſeni

Vid. ſupra l. ct p. 353. *&* 354.

„ſenismum emanatæ & in univerſa Ec- Sæc. XVIII.
„cleſia receptæ. Nonne idipſum tu fa- A. C. 1716.
„teris in tua Epiſtola? ſi autem expreſſa
„acceptatio nunquam eſt neceſſaria,
„quamvis quandoque, ut ais, utilis
„eſſe poſſit in illis locis, ubi ortus eſt
„error, quare hodie tuam oppoſitio-
„nem in hoc fundas, quod exteri Epi-
„ſcopi ſuam deſuper mentem nondum
„explicarint? Ergone licitum eſt in fi-
„dei noſtræ principiis tanta volubili-
„tate variare? Gallicanas libertates a
„nobis violari times: aſt non modo
„tibi declaro, eas omnino ſartas te-
„ctasque fuiſſe ſervatas, ſed etiam tibi
„oſtendo, quod tu eas toto ſtudio e-
„vertere conatus ſis. Nonne Francia
„libertates ſuæ Eccleſiæ præprimis in
„eo ſtatuit, quod ejus Epiſcopi fidei
„res in prima inſtantia judicare valeant:
„Huic libertati me adeo non oppoſui,
„ut etiam ipſus Vos per plures annos
„ad id hortatus ſim. Nunquam tamen
„tu prior contra librum Quesnelli tuum
„judicium pronuntiare voluiſti, ſed a Rege
„petiiſti, ut Nos te præveniremus, id-
„que potiſſimum ad preces tuas feci-
„mus. Juxta veſtros Canoniſtas & Ju-
„reconſultos præfata libertas conſiſtit
„in eo, quod Epiſcopi Bullas explicandi
„facultatem habeant. Hoc privilegio
„utebatur poſtremus Cleri Conventus,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„quin reclamaverimus. Nonne Nobis
„ſatisfactum declaravimus noſtris lit-
„ris ad hos Præſules datis? Tu autem
„hoc Eccleſiæ tuæ privilegium im-
„pugnaſti, cum Bullam eo modo, qu
„ceteri explicarunt, explicare renuis
„& explicationes a Nobis expetis? De
„nique ſi Bullam explicandi jus habes
„quare tanquam conditionem prævia
„& neceſſariam exigis, ut nos tuas ex
„plicationes nunquam rejecturi ſima
„Si eas putas eſſe perverſas, qua re
„ligione eas a cenſuris immunes fo
„petis? ſi credis eas eſſe orthodoxa
„quare meam approbationem & conſe
„ſum expetis?„

Dein ad Cardinales converſus i
quiebat: „*Opponentes Epiſcopi ideo me*
Conſtitutionem aggrediuntur, ut ſimul u
ictu cunctas illas evertant Conſtitutiones,
quibus Sacra Sedes eorum errores damna
vit; cum enim circa nullam, quam circa poſtr
mam hanc meam Conſtitutionem major ſolem
nitas exactius fuerit adhibita, nulla deinc
erit, quæ meliore jure vim legis in Eccle
habere promereretur: proin enervata hu
auctoritate, omnes priores Conſtitution
ſua vi deſtituere moliuntur, & paulopo
Innocentii X. & Alexandri VII. contra
Janſenium, Innocentii XII. contra Fene
lonum, & Gregorii XIII. contra Bajum,
imo & noſtram Conſtitutionem contra ea
ſun

ſum conſcientiæ ſumma arrogantia rejicient. Nec ultra diſſimulanter agunt, ſed adeo manifeſte loquuntur, ut nec dubio locus ſuperſit. Sicut ergo pro ſervando fidei depoſito cavendum eſt, ne enormes errores novas agant radices, magisque invaleſcant, ita neceſſarium erit, ut Bullam, quæ eorum errores detracta larva detexit, & evertit, in ſuo robore conſervemus.„ Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Denique Pontifex, dum mitiora incaſſum adhiberi cerneret, Noaillium Purpura exuere ſtatuit, & Cardinalium ſententias circa modum infligendi hanc pœnam ſibi intra quindecim dies manifeſtari petiit, interim vero cunctis religioſum omnino ſilentium de rebus in hoc Conventu actis injunxit.

§. XLIX.

Pontificis aliorumque conatus pro Cardinale Noaillio ad obſequium revocando.

Ex ſermonis vehementia, & deliberato Pontificis animo Cardinalis Tremollius haud temere conjectabat, potiſſimorum Cardinalium ſententiam ad Noaillii exauctorationem, aliasque ſeveriores pœnas Opponentibus Epiſcopis infligendas abituram, quapropter aut miſeratione tactus, aut majoris mali metu impulſus cum Cardinale Decano *Dorſann. Journal pag. 281.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

cano & Pualuccio conferens, exposuit Abbatem Chevalierum ab ipso Noaillio ex Regentis consensu Romam fuisse ablegatum, in hunc ergo Cardinalem sententiam proferre, haud consultum fore, nisi prius rationes hujus Abbatis, quem Noaillius in sua caussa deputaverat, audirentur. Hoc Tremollii monitum Cardinales secundis auribus excipiebant, & ipse Pontifex eis indulsit, ut hunc Abbatem ad alloquium admitterent possent: Hic vero nil nisi pacem amplissimis verbis crepabat, & mediorum quæ ipsi suggesta fuissent, facilitatem & præstantiam maximopere deprædicabat, quænam vero illa essent, interrogatus obmutescebat, unice addens Cardinalium esse, hæc media sequi si opportuna crederentur, vel ea rejicere, si meliora pacis consilia proponere vellent, graves contra Bullam motas esse difficultates & propositiones per Bullam esse damnatas, quas tamen orthodóxas esse, comprobare niterentur. Interim summus Pontifex ad suum Nuntium duas literas transmisit, quarum una ad Regentem, altera ad Episcopos Refractarios die prima Maij erat directa, in illa Pontifex Regentem ob animi sui rectitudinem & Religionis Zelum summis celebrabat elogiis, simulque de iis, quæ in literis

ad

ad Opponentes continebantur, certiorem reddebat, uti mox videbimus. In altera vero epiſtola Epiſcopis, quos tamen non eorum, ſed duntaxat Diæceſium ſuarum nomine compellabat, auctoritate Pontificia præcepit, ut ſine omni mora, reſtrictione, vel modificatione Conſtitutionem acceptarent; Archiepiſcopum autem Turonenſem, & Cardinalem Noaillium, nominetenus indicabat, & huic tanquam factionis Anteſignano declarabat, quod ſi intra bimeſtre non ſit obtemperaturus, ceteris prior, utpote aliis etiam nocentior legum ſeveritate plectendus, ac Cardinalitiæ dignitatis honore ſpoliandus eſſet, ac demum in ejus ſequaces Sacrorum Canonum rigore animadvertendum. Verum utraque hæc Pontificis epiſtola a Regente fuit ſuppreſſa; cum enim hic ad defuncti Regis exemplum nullas literas Pontificias acceptare vellet, niſi earum tranſumptum Regiis Miniſtris fuiſſet exhibitum, & Nuntius Apoſtolicus ſeſe Gallicæ huic conſuetudini ſubjicere nollet, Pontificis minæ ſucceſſu fruſtrabantur: Ex hac ipſa tamen Gallicæ Curiæ repulſa Opponentes Epiſcopi acerbiorem Pontificis indignationem veriti, anxiis curis agitabantur, præcipue cum eis nuntiatum eſſet, quod Pontifex Chevalierum admittere

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

constanter recusaret, & Cardinalibus significari jussisset, ut circa modum quo ad Noaillii exauctorationem procederetur, sententias suas ederent. Enimvero censebant omnes, hunc Cardinalem Purpura esse exuendum, temporis tamen inducias concedi petebant, ut eum ad saniora revocandi media cogitare possent. Hanc in rem proponebant nonnulli, ut Bentivoglio (utpote Gallis minus accepto) Romam revocato, alius Sedis Apostolicæ Nuntius in Franciam ablegaretur; his vero respondit Pontifex, Bentivoglium sedi refractariis esse ingratum, & ob exactum officii sui fidem exosum. Alii vero suadebant, duos Theologos illuc esse ablegandos, tanquam controversiæ arbitros: hos vero a Refractariis non esse recipiendos, nova inde dissidia oritura, a supremo tandem Judice dirimenda opponebat Pontifex: non deerant, qui existimarunt, Virum probatæ fidei sola arcani Negotiatoris charactere munitum, esse ablegandum, qui sua dexteritate Regentis animum sibi conciliare intentus, cum eodem Regente ageret, ut hic vel Noaillium auctoritatis Regiæ pondere flecteret, vel contra reluctantem sua potestate Pontificiam auctoritatem fulciret: Non parum arridebat consilium eorum, qui propo-

nebant

nebant, religionem per factiosos Novatorum libellos impugnatam doctissimis juxta ac solidissimis plurium Doctorum undique conquisitorum lucubrationibus esse propugnandam, ut titubantes in fide & S. Sedis obsequio contra Novatorum illusiones firmarentur, & firmioribus arma ad enervandas Sectariorum artes subministrarentur, ac tandem seducti monstrata veritatis luce ad rectam semitam reducerentur. Denique ex Cardinalibus nonnulli suggerebant Pontifici, nomine totius S. Collegii amicabiles literas ad Noaillium esse dandas, ut mutui amoris vi ac testificatione animi duritiem frangerent. Multum etiam Pontifici probabatur horum consilium, cum autem de speranda Noaillii submissione conclamatum crederet, hujus consilii executionem esse differendam censuit. Sæc. XVIII A. C. 1716.

§. L.

Epistola Pontificis ad Philippum Regni Regentem contra Cardinalem Noaillium.

Cum ea, quæ summus Pontifex ad Regni Moderatorem de Noaillii caussa perscripserat, singulari verborum Majestate ejus indignationem prodant, aliunde vero ad pleniorem hujus negotii *Epist. Clem. XI. p.* 2146.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

gotii notitiam plurimum conferant, te
tegram ejusdem epistolam inseren
operæ pretium duxi: Erat autem illius
tenor sequens:

„Cum alias, & sane, non semel pe
„Venerabilem Fratrem Cornelium A
„chiepiscopum Carthaginensem Nu
„tium isthic nostrum spem Nobis ha
„dubiam feceris, eaque tuo nomine a
„lecto Filio nostro Josepho S. R. E
„Cardinali de Tremoille luculenter co
„firmata fuerit, gravissimum Negotiu
„Constitutionis nostræ, cujus initiu
„est; *Unigenitus Dei Filius*: brevi ex
, nimi nostri sententia, & totius Eccles
„plausu absolutum iri: dedimus pr
„fecto fidei, quam verbis tuis habu
„mus, ut diutius, quam par erat,
„ejusmodi re acrioribus remediis u
„genda, conficiendaque abstineremu
„Novimus enim te illum non esse, q
„aliquid temere sperare soleas, aut c
„verba dare contumaces Episcopi b
, nestum, ac tutum existimare possi
„hac propterea spe freti, tametsi dei
„de audiverimus Cardinalem de Nos
„les præfatorum Episcoporum Ducem
„non sine ingenti Catholici Orbis ad
, miratione, consilio illi, quod isthi
„Conscientiæ vocant, a te præfectu
„fuisse: maximam, quam inde susce
„mus, animi ægritudinem ea, ut pro
„nos

„noſti, perſuaſione lenivimus, qua ejus- Sæc. XVIII.
„modi munus non alia a te ipſi Car- A. C. 1716.
„dinali delatum fuiſſe exiſtimavimus,
„quam ea lege, ut ipſe, quamprimum
„imo etiam antequam illud obire inci-
„peret, officii ſui debito erga Nos, erga
„Apoſtolicam Sedem, erga univerſam
„Eccleſiam, cumulate ſatisfaceret. Agno-
„vimus revera non multo poſt, Nos longe
„aberraſſe, ubi ſcilicet eundem Cardi-
„nalem demandatam ſibi præfecturam
„ſine ulla perperam a ſe geſtorum præ-
„via emendatione ſuſcepiſſe, neque
„illam clam, aut timide, ſed palam,
„& ſine rubore exercere cæpiſſe reſci-
„vimus, ſed adhuc, ne de Te ſtatim
„diffidere videremur, tot menſium ſpa-
„tio, quot ab aliis, quas hac de re ad
„te dedimus, literis hucusque effluxe-
„runt, prorſus ſiluimus: felicem illum,
„quem maximo huic, & multis nomi-
„nibus permoleſto negotio nos ſperare
„feceras, exitum patienter præſtolan-
„tes, ac licet cunctationem hanc no-
„ſtram communiter improbari non igno-
„raremus: aſſiduis dumtaxat & enixis
„precibus exceptis, quas iterum hu-
„mili corde ad Dominum effudimus,
„ut errantes in viam juſtitiæ revocaret,
„Nobis vero quid in tanto rei diſcri-
„mine agendum eſſet, aperiret, a qua-
„vis alia deliberatione Nobis omnino
„tem-

Sæc. XVIII. A. C. 1716

„temperavimus, conſtanter ac perp
„tuo confiſi, optato tandem exitu co
„rituram nequaquam eſſe ſpem illam
„quam non minus in cauſſæ juſtitia
„quam in animi tui æquitate, exim
„que tuo erga publicam quietem,
„orthodoxam religionem ſtudio col
„caveramus. Verum cum nimium ja
„exploratum, compertumque ſit, Ca
„dinalem de Noailles, ac reliquos
„cum ſentientes Antiſtites, patien
„noſtra, tuisque beneficiis animos
„confovendum pervicaciæ ſuæ crim
„obduruiſſe, & quæ ex hoc uno fonte
„maximum Apoſtolicæ Sedis, & E
„cleſiæ contemptum, proveniſſe il
„hic, ac provenire indies tot Sca
„dala, quæ Nos pudet, ac pig
„commemorare: prodiți prorſus Ap
„ſtolici Nobis injuncti muneris, d
„fectæque turpiter Religionis cauſ
„argui poſſemus, niſi ad retu
„dendam illorum audaciam, qui to
„malorum auctores, ſeu ſalte
„fautores eſſe noſcuntur, florentiſſim
„Galliarum Regno afferendam, conce
„ſa nobis divinitus poteſtate tande
„uteremur. Per alias itaque noſtras i
„ſimili forma Brevis literas differte el
„præcipimus, ut quicunque ex illi
„Mandata ediderunt non minus veri
„tati, ac Eccleſiæ paci repugnantia,
„quam

„quam memoratæ noſtræ Conſtitutioni Sæc. XVIII.
„injurioſa, ea penitus reſcindere, & A. C. 1716.
„ſine mora abolere debeant, tam vero
„illi ipſi, quam ceteri omnes præfatæ
„noſtræ Conſtitutioni absque ulla re-
„ſtrictione, limitatione, aut conditione
„ſe ſubjicere, illamque exacte ac fi-
„deliter obſervare ac ab omnibus curæ
„ſuæ commiſſis obſervari facere teneau-
„tur; præfigentes eis ad hæc omnia
„implenda terminum duorum menſium,
„ac inſuper declarantes, quod hujus-
„modi termino elapſo, ubi Nobis mini-
„me conſtiterit, illos præcepto huic no-
„ſtro morem usquequaque geſſiſſe, ſum-
„pto a prædicto Cardinale de Noailles
„initio, (quippe qui licet tot beneficio-
„rum vinculis Romanæ huic Sedi præ
„cæteris obſtrictus reperiatur, maluit
„tamen hac in re cum paucis factioſis
„Chriſti veſtem inconſutilem ſcindere
„ſatagentibus, quam cum Jeſu Chriſti
„in terris Vicario, ac cum reliquis Ec-
„cleſiæ Gallicanæ, aliisque Catholici
„orbis Epiſcopis conſentire) illum qui-
„dem Cardinalatus dignitate ac inſigni-
„bus denudabimus: deinde vero tam
„contra ipſum, quam contra alios de-
„fertores Epiſcopos, validioribus juris
„remediis, prout in Domino magis ex-
„pedire judicabimus, ad ulteriora pro-
„cedemus. Verum ne cum eis poteſtate,

„ut

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„ut diximus, utentes, illius charit-
„tis, quæ nunquam excidit, obliti
„deamur, literæ illæ, quibus tam C
„dinalem ipsum, quam alios Epis
„pos de hoc nostro proposito admo
„mus, jussu nostro a supradicto Arc
„episcopo Carthaginensi a te defere
„tur non alio sane consilio, quam
„eas, quemadmodum te enixe rog
„mus, atque obsecramus, Cardina
„& Episcopis supradictis reddi cura
„una cum tuis sapientissimis, ac sa
„berrimis monitis, quibus eos, u
„præcipiti loco, in quo reperiunt
„pedem detrahant, studiose adhorte
„illisque, ut in spiritu humilitatis
„cor redeant, omnino persuadea
„unde dura nobis auferatur necessit
„asperius cum eis agendi, amplac
„e contrario aperiatur via benevole
„los excipiendi, ac cum magna Ecc
„siæ universæ lætitia in sinu pater
„charitatis complectendi. Quod cer
„Nos Majorem in modum cupimus
„quemadmodum idipsum enixis pre
„bus a Deo optimo maximoque flag
„tare non desinemus, ita & a te flagra
„tiori, quo possumus, paterni no
„cordis affectu, nunc maxime pos
„lamus.„

§. L

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

§. LI.

Privata Chevalierii colloquia cum quibusdam Cardinalibus a Papa deputatis.

Cum interim Pontifex circa concordiæ media ſibi a Cardinalibus propoſita ſerio deliberaret, Tremollius Cardinalis nullum non movit lapidem, ut una ſaltem vice Chevallierium audiri, a Papa impetraret: Aſt Pontifex hanc conceſſionem minime neceſſariam eſſe, conſtanter repoſuit, importunis tamen Tremollii precibus expugnatus, tandem indulſit, ut ſuo nomine Cardinales Ferrarius & Tolomeus cum hoc Abbate conferre, & de rebus cum eo agitatis referre poſſent. Frequens ac diuturnum erat inter eos colloquium, & Chevallierus difficultates contra Bullam motas toto ardore urgebat, viciſſim vero Cardinales ex Cl. damnatis Propoſitionibus, quamlibet ſigillatim examinantes, cunctas jure proſcriptas eſſe comprobarunt. Inſtitit vero vehementius Abbas, ut Conſtitutionem *relative* acceptare, Epiſcopis opponentibus concederetur, & quamvis Pontificem nunquam id permiſſurum ſciret, uberrimo tamen verborum apparatu ſuam petitionem æquitati eſſe omnino conſonam

Lafiteau Hiſt. l. 3. pag. 239. Catechiſ. Hiſt. de Fouquov. les Gazet. du Paris.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

ſonam demonſtrare nitebatur, eoquo etiam Cleri Gallicani Conventus a no 1714. hanc Conſtitutionem non a ter quam *relative* ad ſuam Inſtructione Paſtoralem recepiſſet, id vero inde p tere ajebat, eoquod Epiſcopi accepta tes non ipſius Conventus actis, ſ eorum Inſtructioni ſua nomina app ſuiſſent: Aſt Cardinales eidem opp nebant, quod in Cleri Gallicani co ventibus moris ſit, ut Epiſcopi ſua d creta ad calcem omnium actorum ſu ſcribant, & quod quadraginta I Epiſcopi Conſtitutionem, antequam I ſtructio Paſtoralis fuerit concepta, jam jam pure & ſimpliciter acceptarint, potius permittere voluerint, ut opp nentes ſe ab eorum conventu ſegreg rent, quam ut in ejusmodi relativa acceptationem conſentirent. Tandem vero hi Cardinales ex Abbate ſciſcita bantur, utrum Noaillius Conſtitutio nem acceptaturus eſſet, ſi ei relativ acceptatio indulgeretur: Abbate igitu fidem & vitam ſuam oppignorante Cardinales regeſſerunt, ſi ergo Noail lius nil niſi relativam acceptationem expetit, & juxta Te, quadraginta I lorum Præſulum acceptatio fuit rela tiva, Conſtitutionem eo modo, quo I Præſules, recipere poterit. Tum vero Abbati vox faucibus hæſit, & quo ſe vertat

vertat, neſcius, conditionatam, & reſtrictivam approbationem permitti petiit, cum autem ejusmodi acceptationis veſtigium nec in Gallicani Cleri acceptatione, nec conditionatæ acceptationisumbram in prætenſa relatione deprehenderet, receptui canere cogebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1715.

§. LII.

Horum colloquiorum exitus.

Priusquam hæc colloquia finirentur, Cardinalis Ferrarius mortalitatem exuit, & ſummus Pontifex Tolomeo Cardinali præcepit, ne ultra cum Abbate Chevaliero conferret; eoquod hæc colloquia, quamvis jam per longius tempus habita eſſent, nullam optati ſucceſſus ſpem reliquam facerent, & aliunde Chevalierus, etſi malignis artibus uteretur, ad tantas tamen redactus eſſet anguſtias, ut a ſua petitione ignominioſe deſiſtere coactus fuiſſet: Inſuper nuntiatum erat Pontifici, quod hic idem Abbas Romam duntaxat veniſſet, ut totidem evomeret calumnias contra Bullam, quot Pontifex contra Cl. Quesnelli Propoſitiones vibraſſet cenſuras, & Romæ cum Quesnelli fautoribus clandeſtina, crebraque haberet conventicula, in quibus Bullam longe atrocioribus contumeliis, ludibriis, *Lafiteau l.c. pag. 219.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716. probrisque, quam Genevæ a Calvinis fieri posset, fæde proscindeba Acrius vero ussit Pontificem, qu hic Abbas Parisios die decima octa Augusti perscripsisset, Tolomeum C dinalem propugnare, quod hæc Bu non esset Regula fidei, sed duntax disciplinæ: & Pontifex eam agendi r tionem tenuerit, quam olim Papa D masus circa tres Hypostases, atq unice has centum & unam proposi nes proscripserit, quia Novatores eam verba in reprobum sensum detorque ansam inde arripuerint. Hæc a Chevali ro reapse Roma Parisios fuisse perscript non modo communis tam in Aula, qua in Urbe rumor testabatur, sed luculen tius comprobatum reddebant plur ipsius Abbatis literæ, quarum una Mense Septembri ipsemet Reg Regens Petro Francisco Lasiteau po ea Sistericensi Episcopo exhibui cum insuper notum esset, quod ide Abbas & nonnulli utriusque Cleri Sa cerdotes singulis ferme diebus in P Minimorum Monasterio SS. Trinitat de Montibus convenirent, ibidemq in Bullam effræni licentia, aesi Lo dini vel Amstelodami morarentur, Ro mæ inveherent, hinc Pontifex S Offi cii decreto præcepit, ut ad Inquisitio nis tribunal omnes illi deferrentur, q

contra Bullam blasphemias, satyrasque evomere, deprehensi fuerint. Hac severitate horum conventicula fuere dissipata, &, quamvis sentiendi libertatem non exuerint, caute tamen loqui & agere coacti sunt. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LIII.

Cardinalis Noaillii atque Opponentium inquietudo ob siniſtrum negotiationis ſuæ ſucceſſum.

Postquam certus constansque rumor attulerat, quod Chevallerii artes detectæ, atque excogitata fictæ reconciliationis media Romæ fuissent rejecta, hæc ipsa consiliorum frustratio Opponentibus Episcopis magnum attulit dolorem: Valebat tamen nonnihil ad angorum laxamentum jactata spes, se absdubio votis damnandos, si eorum preces ad ipsius Pontificis aures deferrentur: Eapropter tam ipsi, quam Cardinalis Noaillius Tremollium Cardinalem crebris literis fatigabant, ut a Pontifice obtinerent, quatenus Abbatem Chevalierum vel semel tantum ad alloquium admittere vellet: nimis enim esse molestum, perscribebat Noaillius, quod Pontifex Præsulum rationes excipere recusaret. Cessit eorum importunitati Tremollius; ast Pontifex

Sæc. XVIII A. C. 1716.

palam declarabat, quod hominem adeo protervum nunquam admissurus esset: Tremollio tamen indulsit, ut ipsus Opponentium consilia, ac reconciliationis media sibi exponeret. Hic ergo opportuna hac occasione utendum putus, coram Pontifice præprimis Cavallierii impudentiam multis argumentis reprobabat, ad ipsa autem mandata eidem Abbati commissa descendens asserebat, eidem injunctum esse, ut summo Pontifici velut principium apud Opponentes firmissimum exponeret, quod Reges in rebus fidei non alias, quam reconciliatorum partes agere valeant; proin Rex Bullæ acceptationem etiam ex Pontificis impulsu præcipere non queat. De cetero conciliationis media, quæ Abbas proponere jussus esset, forent. I. Scriptum, in quo difficultates, & tumultus per Bullam excitati describuntur. II. Ut Pontifex attentis hisce difficultatibus vel suam Bullam explicaret, vel approbaret Doctrinæ articulos, tanquam Bullæ explicationes, in quibus ipsi Præsules sua dubia circa Constitutionem dilucidarent, vel ut Pontifex per novam Bullam verum prioris Constitutionis sensum determinaret. III. Ut, si Pontifex suam Bullam explicare renueret, ipsi Præsules juxta doctrinæ articulos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eam explicent, & desuper mandata ad omnes suas Diæceses transmittant. IV, Ut denique Nationale Concilium haberetur: Verum Pontifex anguem sub herba latentem detegens, Præsulum consilia eo collimare reposuit, ut obtenta nova Pontificis Bulla, & prioris explicatione, jactare possent, quod Pontifex tacite professus esset, Constitutionem suam esse obscuram, proin eorum oppositionem omnino fuisse æquam. Aliunde vero indignum videbatur Pontifici, quod hi Præsules Concilii Nationalis conditiones ex infectis fontibus Cleri Anglicani hauserint, qui eodem anno, quo hæc Natio in apertum schisma prorupit, & a Sede Apostolica palam defecit, pares conditiones Pontifici præscripsit. Eapropter Pontifex pauca hæc verba reposuit: duo conciliationis media magis expedita, magisque efficacia Nobis occurrunt, aut ultronea aut coacta Opponentium submissio. Hæc Pontificis firmitas summopere terruit Opponentes, quocirca submissionem simulantes, se Bullam quidem recepturos profitebantur, velle tamen suis mandatis inserere doctrinæ suæ articulos, quos, cum Pontifex a Chevalliero recipere recusset, ipsus eos examinare non dedignaretur. Ne ergo Opponentes se non

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716. auditos fuisse conqueri possent, ill
sibi a Regni Regente exhiberi pet
Hic vero, ne fors hi ipsi articuli R
manæ censuræ stigmate contaminare
tur, prius eos ab Episcopis Accept
tibus mature examinari præcepit: c
autem hi quamplurima gravi offens
obnoxia in illis deprehenderent, m
Opponentes per PP. Tiberyum & F
sacierum Missionum Presbyteros Ac
ptantibus obtulere aliud scriptum
tres columnas divisum, in quarum p
ma sensum proprium & naturalem p
scriptarum propositionum, in alte
ipsas propositiones ex Quesnelli lib
extractas, & in tertia sensum Orth
doxum, in quo hæ propositiones a
mittendæ essent, indicabant. Igit
Acceptantes ad calcem primæ colu
næ observabant, hunc esse proprium
propositionum sensum, in quo, pro
jure fuissent damnatæ, ad tertiam c
lumnam notabant, quod has propo
tiones excusare non valeant, nisi eas a
tantum variando, aut mutilatim acc
piendo & limitando. Hac censura Ac
ceptantes Opponentium fraudem de
texerant, qua propositionibus affinge
do orthodoxum sensum probare nitebat
tur, Bullam esse ambiguam atque ob
scuram, eamque non indicare, quis
nam ex sensu hæretico vel orthodoxo
cujus

cujus propositiones sunt capaces, damnatus fuerit sensus. De hoc Acceptantium Judicio Pontifex certior factus, nec doctrinæ articulos, nec hoc scriptum ultra sibi exhiberi sustinuit. Aliud vero turbidos conciliandi medium exposuit; RohaniusCardinalis; censuit enim, conventum esse cogendum, cui omnes Franciæ Episcopi libere interesse possent: cum autem Pontifici significaretur, in hoc Conventu Bullam ab Opponentibus esse explicandam, hosque suæ doctrinæ articulos approbari, esse petituros, & Noaillium se Bullam acceptaturum adeo non promisisse, ut etiam palam declararit, quod suam acceptationem, si quam facturus, ad suas explicationes restricturus esset, hinc Pontifex a pluribus aliis Episcopis sollicitatus, totus in eo erat, ut hujus Conventus consilium dissiparet.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LIV.

Sacri Collegii epistola ad Cardinalem Noaillium.

Inter tot turbarum motuumque accessiones summus Pontifex consilia, quæ eidem nuper Cardinales suggesserant, seria mente revolvit, & post tot frangendæ pertinaciæ media incassum adhibita tentandum censuit, an non

Refut. du Mem. t. 2. pag. 20. Temoig. de l'Eccl. Univ.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Noaillius per amicabilem Epiſtolam n
mine totius S. Collegii dandam ad ſu
jectionis debitæ tramitem reduci po
ſet. Ipſus ergo ejusmodi epiſtolæ t
pum conſecit, eam ſæpius ad lima
revocavit, & quæcunque vel minas
vel exprobrationem vel aſperum qu
ſaperent, expungi voluit. Statuit i
ſuper Pontifex unacum hac S. Colle
epiſtola etiam tres alias transmitte
literas, & quidem unam ad Regni
gentem, quem hortaretur, ut Ca
nalium ſtudia adjuvare & extrem
hunc charitatis conatum fulcire ve
alteram vero ad Epiſcopos Accept
tes, ut & ipſi cum S. Collegio & R
gente ad reducendum Noaillium ſua
jungerent operam, & denique tertia
contra Facultatem Pariſinam. Po
quam Pontifex hoc ſuum conſilium m
nifeſtaverat, eidem Cardinalis Trem
lius libellum Italico idiomate ſcripta
obtulit, in quo rogabatur, ut in
Epiſtola ad Epiſcopos Acceptantes
ſertis verbis declarare velit, quod n
ſine atroci nominis ſui injuria a ma
volis incuſaretur, perinde acſi SS. A
guſtini ac Thomæ doctrinam circa Pr
deſtinationem gratuitam, & gratia
ex ſe efficacem damnare voluerit, cu
tamen nil aliud intenderit, quam e
rores a Tridentina Synodo & ſuorum

Vid. p. 251.

Pre

Prædeceſſorum Conſtitutionibus contra Janſenium damnatos proſcribere, & characterem Veteris Teſtamenti a Novo diſtinguere, meritum & fidei neceſſitatem, charitatis excellentiam, & pœnarum timorem utilem ſtabilire, & circa abſolutionem Sacramentalem Inſtructiones Divi Caroli confirmare quæſierit. Verum Pontifici, quid rei ſubeſſet ſuboluit; hac enim ratione, ſuæ Conſtitutionis explicationum ſpeciem ſubdole extundere, & Pontificem, ut ſuæ intentionis teſtimonium daret, temere adigere tentabant, id enim Chevalierus adhucdum Romæ agens, per Tremollium Cardinalem a Papa obtinere adlaborabat. Sub idem tempus Bentivoglius Papæ Nuntius eidem Noaillii literas die decima ſexta Auguſti ad Duacenſes Magiſtratus datas transmiſit, in quibus hic Cardinalis eisdem, quod cujusdam Profeſſoris Theſin, qui CI. Propoſitiones juſte damnatas propugnaverat, die ſexta ejusdem Menſis ſuppreſſerint, grates rependit, eisque de digne adimpleto Miniſterii ſui munere gratulatus in ampliora excurſurum ſe elogia teſtabatur, niſi in eadem cauſſa partem haberet. Inſuper idem Nuntius Pontificem rogabat, ut ſui promiſſi memor Sorbonæ inſultus reprimeret,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

meret, & sine ulla mora celebrandi conventus molimina dissiparet.

Tot sollicitationibus instigatus, & tam injuriosam Opponentium repugnantiam indignatus Pontifex, Congregationem quorumdam Cardinalium habuit, & præfatas literas Parisios sepositа omni tergiversatione mittere decrevit. Igitur eadem adhuc die Acajolius Decanus S. Collegii Epistolæ nomine Cardinalium Episcoporum eodem Cardinale Decano, & a Pallutio nomine Presbyterorum, necnon a Pamphilo nomine Cardinalium Diaconorum subscriptam ad Tremollium Cardinalem per Allemanium Secretarium transmisit, eo fine, ut illam Parisios mitti curaret. Tremollius vero temporis angustias, proximum Pegasii discessum, variasque causas obtendebat, ex quibus tergiversationibus Pontifex facile cognovit, Tremollium S. Collegii literas haud transmissurum nisi prævia desuper notitia Regenti fuisset a Pontifice data, mox ergo Clemens Papa suas quoque literas ad eundem Aurelianensem Ducem Regni Administratorem adjunxit; Epistola autem S. Collegii die decima sexta Novembris data erat tenoris sequentis.

Reve-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Reverendiſſime in Chriſto Pater & Domine, Frater & Collega noſter Chariſſime, ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

„Ubi primum Dominus noſter inte„gram cauſſæ ſeriem, quæ ad notiſſi„mam ſuæ Sanctitatis Conſtitutionem, „cujus initium eſt: Unigenitus Dei Fi„lius, jam ante tres annos editam per„tinent, nobis in generali cætu con„gregatis aperire dignatus fuit, ac do„lenda illa omnia, quæ ex diuturna ni„mis illorum Epiſcoporum, qui iſthic „eandem Conſtitutionem ea, qua par eſt „ſubmiſſione nondum ſuſceperunt cun„ctatione provenerunt, & in dies pro„veniunt luculenter enarravit. Quam„vis hæc ipſa jam pridem multorum li„teris & ſermone, imo etiam fama ipſa „nuntiante nobis innotuiſſent, magno „tamen dolore uberiorem illorum „explicationem, a Sanctitate ſua nobis „factam accepimus. Cum vero inſu„per ut præſentibus hiſce tam gravibus, „imo & futuris forſan gravioribus ma„lis opportune occurratur, ea jam a „Sanctitate ſua decerni remedia inau„divimus, quæ etiam Dominationem „tuam reverendiſſimam unicuique no„ſtrum non minus charitate, quam „gradu

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„gradu conjunctiſſimam afficerent; ni
„poſthabitis rejectisque iis, quibus de
„tinetur difficultatibus, quantocit
„præfatæ Conſtitutioni ſe ſubmittere
„adeo perturbati fuimus, ut mærore
„animi noſtri conceptum nulla leni
„ratione potuerimus. Quapropter
„mature perpenſa noſtrarum partiu
„eſſe duximus, enixe Clementiſſimu
„Pontificem deprecari, ut pauliſper de
„creta ſuſpendere vellet, iisque in
„rim fraternæ charitatis officiis m
„fungi permitteret, quæ conſtans n
„ſtra erga te benevolentia, Eccle
„Pax, Regnique iſtius Salus jure
„merito a nobis depoſcere videbantu
„In magnam porro ſpem erigeban
„D.T. Rmam, pro ſinguiari ſuo in ſacr
„noſtrum Collegium ſtudio, tum i
„nigne excepturam eſſe ſolida hæc i
„genui amoris noſtri argumenta: tu
„etiam impenſe curaturam, ut Chriſti
„na Respublica optatiſſimum illud, qu
„jam diu præſtolatur, gaudium velu
„uberrimum noſtrarum literarum fr
„ctum perciperet. „

„Petitam moram non extorſimus
„ſed illam facile ſanctiſſimus Pater i
„dulſit, cui nimirum nihil magis cord
„eſt, quam ut in ejus paternum com
„plexum quam celerrime venire con
„tendas. Quinimo propoſitum noſtrum
„pl

„plurimum commendavit, non exigua Sæc. XVIII.
„ſpe fretus, quod D. T. Rma, quæ alias A. C. 1716.
„in Apoſtolicam Sedem obſequii egre-
„gia edidit monumenta, nunc pariter
„officiis noſtris adducta, memoratam
„Conſtitutionem absque uberiore mora
„ad ſinceræ, integræ promptæque obe-
„dientiæ noſtræ Normam complexu-
„ra ſit.„

„Nos vero te hanc in ſententiam
„nobiſcum eo certius deducendum
„eſſe confidimus, quod per hæc tem-
„pora a factioſis hominibus lapſus omnis
„movetur, ut prope divulſus ac peni-
„tus diviſus ab illo peculiari nexu vi-
„dearis, quo nos invicem colligamur,
„& univerſus ordo noſter ſummo Pon-
„tifici tanquam ſupremo Eccleſiæ ca-
„piti arctiſſime conjungitur, licet enim
„nos minime lateat fallaces iſtas, &
„inſidioſus artes ab illis adhiberi, ut
„tui nominis amplitudine ſplendidum
„pravæ doctrinæ patrocinium compa-
„rent, eamque populis hoc veluti leno-
„cinio facillius ingerant, non tamen
„illata tibi injuria exinde minuitur,
„ſed maxime augetur; improbi ſiqui-
„dem homines iſti tantæ calumniæ
„occaſionem forſan nacti ſunt, ab illa
„animi lenitate, qua ut illis omne per-
„fugium eriperes vanis cavillationibus
„eludendæ Conſtitutionis, opportunum,
„judi-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„judicasti ab illa promulgatione abh
„nere, donec Sanctitas sua sedandis
„ferebatur, jam commotis super ea
„in Gallia turbis, necessaria remed
„suppeditaret. Hinc enim factum
„ut palam fidenterque jactarent, D.
„Rmam, eisdem ac illi prohibentib
„rationibus a suscipienda Constitutio
„deterreri: tuam proinde & illor
„hac in re promiscue caussam agi, e
„que a te probari ab aperto Consti
„tutionis hujusmodi tenore alien
„mos sensus, quos ei falso non min
„quam imprudenter conantur affinge
„perinde ac si nimirum Constitutio ip
„quæ in iis, quas improbat propos
„nibus, aut pridem damnatos, aut no
„ter adinventos errores contineri dic
„edicit, ea insuper perstringeret, qu
„nec nova sunt, nec alias unquam da
„nata fuere. Ita scilicet mentire lib
„perditionis filiis, ut per summam c
„lumniam effutire etiam possent, eade
„Constitutione præcipuam eamque la
„dabilem Ecclesiasticæ Disciplinæ vi
„infringi, solidiora Christianæ illi
„institutionis, quæ de moribus est, fund
„menta subverti, imo quod horrem
„referre, ipsamet orthodoxæ fidei dog
„mata labefactari. Verum cum præte
„tarum rerum memoria doceamur, id
„circo Romanam Beati Petri Apost
„lorum

„lorum Principis Cathedram sæpe ma- Sæc. XVIII.
„lorum hominum conatibus impeti, ut A. C. 1716.
„bonorum fides atque constantia ma-
„gis eluceat, omnino persuasum ha-
„bemus fore, ut, quemadmodum re-
„tro actis temporibus in similibus Ec-
„clesiæ perturbationibus, sapientissi-
„mus quisque, ne a recta veritatis se-
„mita deflecteret, Sedi Apostolicæ fir-
„mius adhæsit, ita D. T. Rma, pro sua
„sapientia & pietate, his in Ecclesia
„exortis dissidiis tenacius eidem sanctæ
„Sedi obstringenda sit, sicque fiet ut
„hæc procella non ad obscurandam,
„sed ad magis illustrandam fidem glo-
„riamque tuam excitata esse videntur.„

Si qua igitur consolatio in Christo, si QUOD *solatium Charitatis, si qua Societas Spiritus.*

„Impleat Dominatio tua Reveren-
„dissima gaudium nostrum, ut idem
„sapiamus unanimes, nec diutius a No-
„bis & aliis Galliæ Confratribus suis
„Episcopis, ceterisque per universam
„Ecclesiam Antistitibus dissentiat; quid
„enim ad fragendam rebellium contu-
„maciam, qui magis ipsa indurantur in-
„dulgentia, superest, nisi ut pastores
„ipsi inexpugnabilem illam & incon-
„cussam concordiam, in qua fidei no-
„stræ stabilitas tota consistit, perpetua

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„firmitate ſervantes, prompto & fe
„cero erga Apoſtolicum decretum o
„ſequio facem præferant ac reluctante
„ſubditos conſueto ſacrorum Canonu
„rigore compellant?„

„Te ipſum hac in re conſulas, Fr
„ter & chariſſime collega noſter, q
„tuis olim ad Sanctitatem ſuam da
„literis (quarum nos nonniſi ſingula
„cum voluptate maximaque tui glo
„reminiſcimur) nihil tibi optatius e
„aperte profeſſus fuiſti, quam ut C
„epiſcopis tuis ac Catholicis omnib
„fidei & obſervantiæ in Apoſtolica
„Sedem non modo ſocius eſſes, ſed pra
„eſſes & præires.„

„Nonne experientia ſua probe nov
„D. T. Rma, quoties ita ſe geſſit te
„ditamque a majoribus noſtris viam p
„tinuit, toties uberrimam ſuæ pieta
„laudem comparaſſe & factioſos hom
„nes obmutuiſſe? incertum igitur di
„& fluctuantem animum tandem co
„firmet. Hoc a te effuſis precibus pe
„timus & jure ſperamus; ſiquidem u
„intelleximus, ea te mente Conſtitu
„tionis promulgationem diſtuliſſe, no
„nullasque prius Sanctitatis ſuæ expl
„cationes exoptaſſe, quod cenſueras ab
„Majorem Pontificio Decreto obſervan
„tiam haberi, certam nobis ſpem fec
„mus, omnino futurum eſſe, ut ſtatim
„ab

„ac cognoviſſes idipſum, nequaquam „in ipſum hujus S. Sedis honorem, ſed „contemptum accipi, nemo te prom- „ptius atque paratius in Apoſtolico ju- „dicio conquieſceret. Qua quidem re „nihil nobis lætius, nihil tibi glorio- „ſius, nihil Sanctitati ſuæ acceptius, „nihil Eccleſiæ ſalubrius, totique ne- „gotio breviter expediendo utilius pote- „rit evenire; neque dubitamus, quin An- „tiſtites illi, qui tecum ſentiunt, facile „ac libenter illuſtre tuum exemplum „ſint ſecuturi.„ Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Sincero tandem ac ferventi amori „noſtro indulgeat D. T. Rma, ut libere „dicamus in tanto Religionis diſcrimi- „ne ita ſibi conſtituendum eſſe, ut ſplen- „didæ ſuorum natalium nobilitati, præ- „claræ ſuæ virtuti ac eximiæ pietati „nullum inde exoriatur detrimentum: „ſed potius Gallia, Roma, univerſaque „Eccleſia ſpectantibus, ſacrum noſtrum „Collegium lætari merito poſſit, quod „te in priſtinum ſummi Pontificis amo- „rem reſtituerit, exploratumque omni- „bus fiat, S. R. E. Cardinales non mi- „nus ſolemnis jurisjurandi Religione, „quam arctiſſimis vinculis Apoſtolicæ „Sedi, præ ceteris obſtrictos, in illius „cultu & veneratione alios non ſequi „ſed antecedere, nec unquam ab ejus „obedientia ſe ſubtrahere; ſed in illa

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„tanquam obsequentissimos filios co
„stantissime perseverare. Nos inter
„Dominationi tuæ Reverendissimæ
„Deo opt. max. omnia fausta pre
„mur.„

Datum Romæ sub Sigillo Trium nostro-rum Ordine priorum. Die 16. *Novembris* 1716. *Sede plena.*

§. LV.

Pontificis literæ ad Regni Regentem

Epist. pag. 2187. *Lafit. l. c. pag.* 257.

Epistola autem, quam Pontifex Philippum Regni Gallici Moderatorem die vigesima tertia Novembris perscripserat, erat hujus tenoris:

„Etsi perspecta tua pietas, & q
„Nobis ab ipso susceptæ a Te istius
„gni administrationis primordio po
„citus es, auctoritatis tuæ præsidi
„spem minime dubiam Nobis inge
„rent, te omni ope ac studio curatur
„esse, ut gravissimum diuque ni
„protractum negotium Constitutio
„nostræ, cujus initium est: *Unige
„tus* &c. cum Ecclesiæ plausu, ac pr
„sus ex animi nostri sententia confe
„retur: certius tamen atque explor
„tius ejusdem propositi & volunta
„tuæ argumentum, ac pignus acc
„pimus, cum dilectus filius noster
„sephus S. R. E. Cardinalis de la T
„moil

„moille, præteritis Menſibus, poſtquam Sæc. XVIII.
„filialis tuæ erga nos & hanc ſanctam A.C. 1716.
„Sedem devotionis ſenſus abunde
„nobis explicaſſet, tuo etiam no-
„mine Nobis aperuit ejusdem negotii
„momenta probe a te intelligi ac dili-
„genter expendi; ſimulque diſerte ſi-
„gnificavit maximam, qua ex eo affi-
„ciebaris moleſtiam, ſedulamque & e-
„nixam curam, qua illud optatum ad
„exitum perducere ſatagebas: quippe
„qui funeſta in Eccleſiam inde oritura
„diſſidia & luctuoſas rerum perturba-
„tiones, quibus florentiſſimum iſtud
„Regnum involvi poſſet, pro ſpectata
„prudentia tua luculenter agnoſceres,
„præterea, ut juſtiſſimam hanc & Ca-
„tholico Principe plane dignam ſollici-
„tudinem tuam penitus diſpiceremus,
„nonnullas Nobis propoſuit expediendæ
„rei rationes, quas ad reſtituendam
„tantopere neceſſariam Eccleſiæ tran-
„quillitatem utiles arbitrabaris, adjecit-
„que, ubi illæ a Nobis minime probaren-
„tur, Te alia etiam Conſilia, quæ Nobis
„magis opportuna & efficacia cenſuiſſe-
„mus, juvare ac promovere paratum eſſe,
„cujusmodi ſane officium filialis amoris
„& obſervantiæ plenum certam illam,
„quam dudum conceperamus, tanti
„momenti negotium recte & quiete
„tranſigendi ſpem plurimum auxit &

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„confirmavit. Doluimus tamen vehe
„menter dilectiſſime in Chriſto Fili no
„ſter, quod integrum liberumque No
„bis non eſſet propoſitis a Te conſili
„obſecundare, cum iis omnino refrage
„rentur illæmet ineluctabiles ratione
„quarum intuitu conſtanter a nobis e
„lias rejecta fuerunt, nec porro ma
„norem hauſimus moleſtiam ex eo
„quod alia remedia ſuggerere nequ
„quam Nobis liceret, obſtante nim
„rum rei ipſius natura, cui, ubi fiet
„& Eccleſiæ unitatem ſalvam velim
„non alia profecto ratione, quam fu
„cera, integraque Renitentium Epiſc
„porum Obedientia finis feliciter im
„poni poteſt. Verum tamen rectæ vo
„luntati tuæ, quantum negotii qui
„tas patiebatur, reſpondere novumq
„longanimitatis noſtræ documentu
„palam exhibere cupientes, etſi ea
„quæ in eodem Renitentes Epiſcopos
„prævio maturo examine, jam dudu
„ſtatuta fuerunt, omni ſublata mo
„exequi decreviſſemus, ſententiam
„tamen inivimus communicandi re
„totam cum venerabilibus Fratribu
„noſtris S. R. E. Cardinalibus, ut ea
„rum auditis ſententiis adhuc maturiu
„procederemus: Nullus porro inter il
„los inventus eſt, qui propoſiti noſtri
„juſtitiam non comprobaret: quibu
„dam

„dam dumtaxat ſibi a Nobis permitti Sæc. XVIII.
„poſtulantibus, ut priusquam conſtitu- A. C. 1716.
„tam ſeverius agendi rationem inire-
„mus, per Nos liceret ſacro eorum Col-
„legio ad Cardinalem de Noailles lite-
„ras dare, quæ ipſum ad præſtandam
„tam conſpicui cætus exemplo debitam
„conſtitutioni noſtræ obedientiam ad-
„ducere, ac urgere valerent, haud levi
„concepta fiducia, quod ubi ipſe ad ju-
„ſtitiæ ſemitam rediret, ceteri quoque
„eidem adhærentes Epiſcopi facile il-
„lius veſtigia eſſent ſecuturi; ſi ſecus
„accideret, eo amplius coram Deo &
„hominibus inexcuſabiles forent, qui
„novo huic paternæ noſtræ patientiæ
„experimento non ceſſiſſent. Scripſit
„itaque ſacrum Collegium ad præfa-
„tum Cardinalem Epiſtolam, qua om-
„nibus adhibitis fraternæ charitatis of-
„ficiis, luculenter oſtendit non modo
„quam enixe cupiat, verum etiam quan-
„topere deceat, ut ſpectabile adeo
„Membrum nequaquam a Reliquis ſe-
„jungatur in re, quæ ad totius præcla-
„riſſimi Corporis honorem, & decus
„maxime pertinet. Nos ſinſuper, ut
„uberior ex ejusmodi Epiſtola fructus
„colligi poſſit, eodem tempore aliis no-
„ſtris in ſimili forma Brevis ad univer-
„ſos iſtius Regni Epiſcopos datis lireris
„eorum Zelum, qui memoratam no-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„ſtram Conſtitutionem amplexi fuerunt
„hunc ipſum in ſcopum excitandum
„ximus, plane confiſi, fore, ut junct
„cum adeo ferventi, gravique Car
„nalium cohortatione Epiſcoporum
„ficiis prædictus Cardinalis, aliiq
„Diſſidentes Epiſcopi inflecti tande
„ac vinci poſſint. Rebus ita diſpoſit
„tum demum felicem prorſus exit
„Nobis, benedicente Domino, poli
„mur, ubi eodem Domino, per qu
„Reges regnant & legum conditor
„juſta decernunt, mentem tuam,
„confidimus, dirigente, deliberatio
„bus noſtris prævalidæ authoritatis t
„robur accedet; unde inprimis E
„cleſia, Gallia, ac nos ipſi fructum ill
„aſſequamur, quem tanto abhinc te
„pore vehementiſſime exoptamus. C
„terum ubi ſpem noſtram adhuc fr
„ſtrari, ac debitam præfati Cardina
„ejusque ſociorum ſubmiſſionem lo
„gius differri contingat, nihil nos po
„fecto prohibebit, aut retardabit, qu
„minus ea, quæ in ipſum jam diu de
„crevimus, absque ulteriori mora ex
„cutioni demandemus, eumque in
„nem omni divinitus tradita Nobis p
„teſtate utamur, ut ab Eccleſia Cath
„lica tandem graviſſimum ſcandalu
„tollatur, quod nimio jam bonos om
„nes horrore perfudit & diutius a Nob
„tol

„toleratum non modo noſtram, ſed e- Sæc. XVIII.
„tiam plurimorum fidelium Apoſtolicæ A. C. 1716.
„noſtræ ſollicitudini commiſſorum æ-
„ternam ſalutem manifeſtum in diſcri-
„men adduceret. Conſcii enim probe
„ſumus, & fiduciam habemus ad Deum,
„quamdiu Catholicæ fidei veritatem,
„& Eccleſiæ unitatem ſervandam unice
„ante oculos habuerimus, nullis Nos
„debere, nec poſſe aut perturbationi-
„bus concuti, aut periculis deterreri,
„Sed minime dubitamus, quin hoc
„caſu ſicuti Nos nihil intentatum reli-
„quimus, ut mitia remedia hactenus a
„Te adhibita optatum effectum ſorti-
„rentur: ita viciſſim tu, ubi iſta ne-
„quaquam proficient, validiora, quibus
„utemur, ſtrenuo brachii tui præſidio
„fulcias & alacri prorſus animo pro-
„moveas. Hæc omnia tibi fuſius expo-
„net Venerabilis Frater Cornelius Ar-
„chiepiſcopus Carthaginenſis nuncius
„iſthic noſter, a quo inſuper intelliges,
„quid nuperrime decernere compulſi
„fuerimus, ut inauditam hucusque Fa-
„cultatis Theologicæ Pariſienſis auda-
„ciam ſalubri aliqua ſeveritate coer-
„cendo, aberrantes illius ſcholæ Do-
„ctores in viam juſtitiæ primo veluti
„paſtoralis virgæ ſtimulo, paterne re-
„vocaremus. Quam ſane rem eo Tibi
„gratiorem fore ſperamus, quod probe

Sæc. XVIII. A. C. 1716. „compertum habemus, quam molesti „Tibi acciderit ejusdem Facultatis in „consulta, ac impudentiæ plena agend „ratio, ob quam sicut beneficiis ab hac „sancta Sede olim obtentis exui, ita „patrocinio tuo destitui jure meretur.

§. LVI.

Ejusdem summi Pontificis epistola ad Episcopos Acceptantes.

Epist. Clem. XI. p. 2179. Die autem vigesima Novembris Pontifex ad Franciæ Præsules, qui obsequioso animo ejus Constitutionem acceptaverant, hæc perscripsit.

„Tertius jam annus præteriit, „quo nos Pastoralis non minus mun„r s nostri debito admoniti, quam cu„bris variorum Catholici orbis Antis„tum, præsertim vero ex Fraternitat„bus vestris complurium precibus ex„citati: quin etiam piis ac sæpius re„petitis clar. me. Ludovici XIV. dum „vixit, Francorum Regis Christianis„simi votis & officiis adducti, divinæ „imprimis præsidio tam privatis quam „publicis obsecrationibus implorato „curaque omni, studio ac labore, pro„rei gravitas exposcebat, diutissime „collatis, Apostolicam Constitutionem „quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*: ad„versus librum Gallico idiomate ja„pride

„pridem editum sub titulo: *Novum Te-* Sæc. XVIII.
stamentum Gallice, unacum Reflexionibus A. C. 1716.
moralibus in quemlibet versum, aliter vero:
Synopsis Evangelii doctrinæ, Actuum Apo-
stolorum, Epistolarum D. Pauli, Epistola-
rum Canonicarum &c. promulgavimus.
„In hac porro Constitutione, ne pra-
„vus hic liber, longe antea a Nobis
„damnatus, ementitæ pietatis specie
„fidelium simplicitati posset amplius
„illudere, quippe qui singula novi Te-
„stamenti loca perlustrans, ubique pro-
„pemodum in hoc ipso Divinæ verita-
„tis agro perversas opiniones, errores-
„que dispergit: excerptos singulatim,
„ex eo, prout tam Rex, quam Antisti-
„tes supradicti, enixe a Nobis postu-
„laverunt, noxios quosdam Articulos
„(quos magno quidem numero, non
„tamen omnes, ne res in immensum ex-
„creseeret, produximus) Censuris va-
„riis, quas respective, ut ajunt, hoc
„est, singuli earum saltem aliquam me-
„rebantur, inustos, usitato hujus sanctæ
„Sedis more proscripsimus; ut ita vel
„ex ipsa errorum colluvie in propatulo
„posita agnoscerent omnes, quanto
„demum veneno ejusmodi liber, tam-
„etsi dulcibus subdole illitus fucis, non
„modo conspersus, sed plane infectus
„esset, nec quisquam deinceps, quod
„frustra alias tentatum fuerat, eum-
„dem

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„dem satis emendatum fidelium mani-
„bus obtrudere se posse confideret, hanc
„siquidem unam esse sedandarum istius
„turbarum rationem, nullumque aliud
„ad obstruendum os loquentium iniqua,
„ac magis magisque Christianos popu-
„los erudiendos, validius excogitari
„posse remedium, tum iidem Antist-
„tes, tum memoratus Rex identidem
„affirmaverant. Nec sane exigua optatæ
„Pacis spes affulserat; cum, ut bene
„nostis, singulari ejusdem Regis bene-
„volentia, necnon multorum vestri Or-
„dinis primum, qui Parisiis tunc ad-
„erant, deinde etiam reliquorum, pau-
„cissimis dumtaxat exceptis, obsequii,
„bonorumque omnium gaudio Consti-
„tutio præfata excepta fuerit. Quid
„enim, ut eos omnes probe agnovisse
„non dubitamus, universa hac in re
„egimus, Venerabiles Fratres? quid
„tot tantisque laboribus, vigiliis ac
„studiis curavimus, aut intendimus,
„nisi ut gravissimos errores, qui dare
„in ruinam poterant plurimas Christi
„oves, Nobis cum reliquis omnibus,
„quotquot in mundo sunt, divinitus
„creditas, radicitus convelleremus?
„Quid aliud reipsa præstitimus, nisi ut
„perpetuis Romanorum Pontificum præ-
„decessorum nostrorum exemplis insi-
„steremus, & qua illi ratione inprimis
„ad

„ad Majores veſtros, inclytos illos Ec- Sæc. XVIII.
„cleſiarum Gallicanarum Præſules, fre- A.C. 17 6.
„quentibus Apoſtolicæ Sedis Decretis
„atque reſcriptis ex eadem & Nos Beati
„Petri Cathedra traderemus & doce-
„remus, atque univerſis Chriſti fideli-
„bus fidentiſſime prædicaremus doctri-
„nam Catholicam, quam ſancta Ro-
„mana Eccleſia, omnium Eccleſiarum
„Mater & Magiſtra, ſemper tenuit &
„docuit, atque integram adhuc inte-
„meratamque cuſtodit? Verum his om-
„nibus adduci minime potuerunt No-
„vatores, hoc eſt, perpetui Eccleſiæ &
„Publicæ tranquillitatis perturbatores,
„ut audaciam frangerent ſuam, decretis-
„que noſtris acquieſcerent, cum enim
„caligantibus oculis apertiſſimæ verita-
„tis lucem ferre non poſſent, nihil pro-
„fecto intentatum reliquerunt, quo ei-
„dem & Apoſtolicæ Conſtitutioni te-
„nebras, imo & venenum offunderent,
„minime veriti, inaudita ac plane fu-
„rioſa temeritate adverſus illam irruere,
„ſcriptisque ac libellis innumeris in vul-
„gus diſperſis debitam ei obedientiam
„impudentiſſime detrectare. Quo ſane
„facto, tamquam multa febre phrene-
„tici, inſanientes in Medicum, eo ma-
„gis univerſo Chriſtiano orbi demon-
„ſtrarunt, quanta vere eſſet mali gra-
„vitas, adeoque & Remedii a Nobis
„præ-

Sæc. XVIII A. C. 1716.

„præſtiti ſumma neceſſitas, quod ſine
„tanto ægrotantium ac morbi vi deſ
„rantium fremitu, dolore, & ejulatu
„adhiberi non potuit. In tanta pom
„rerum perturbatione, graviſſimo, quem
„inde ſuſcepimus, dolori ſolatium a
„tulit maximum, eximia pietas & v
„gilantia Paſtoralis ſupra centum e
„vobis præclariſſimorum Antiſtitum, qu
„ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in
„vinculo pacis, atque Apoſtolicæ Se
„di, unde vobis, propitio Chriſto, Re
„ligionis fons, & origo manavit indi
„ſolubili nexu obſtricti, ſanam & or
„thodoxam doctrinam in eadem noſtr
„Conſtitutione luculenter expreſſam
„debita ſubmiſſione amplexi fuerunt
„non immemores, quod B. Petrus
„qui in propria Sede vivit adhuc, &
„præſidet, in accepta fortitudine Petr
„perſeverans, ſuſcepta Eccleſiæ gube
„nacula non reliquit, præſtatque quæ
„rentibus fidei veritatem. Et quidem
„per hæc Epiſcopalis virtutis offici
„omnis obmuteſceret iniquitas, & fir
„terna veſtra concordia, veluti caſtro
„rum acies ordinata terribilis eſſet iis
„qui ex adverſo ſunt, niſi ex vobis pau
„cis non ſatis attendentes, quam bo
„num, & quam jucundum ſit habitare
„Fratres in unum, in aliorum ſollici
„tudinis conſortium venire, ſeſeque

„Con-

„Conſtitutioni noſtræ ſubmittere adhuc Sæc. XVIII.
„differrent; hac tamen tametſi pau- A. C. 1716.
„ciorum cunctatione, ceterorum, tam-
„etſi plurimorum, labor eluditur; dum
„iniquitatis filii illorum, licet paucio-
„rum authoritate, dignitate ac nomi-
„nibus freti, ſecum eos ſentire audaciſ-
„ſime jactant, atque omnia ſibi licere
„jam putant. Hinc perniciosis errori-
„bus inficiuntur ſimpliciorum animi,
„præpoſteræ novitates inducuntur,
„odia diſſeminantur, ſacrorum præpoſi-
„torum contemptus populis inſpiratur,
„bonorum nomen calumniis & conviciis
„diſcerpitur ac ipſamet vera & Catho-
„lica religio graviſſimum in diſcrimen
„adducitur. Quorum ſane & ſimilium
„vos de proximo teſtes eſtis, eadem
„plures ex vobis, quominus ſacerdo-
„tali conſtantia improbarent, & redar-
„guerent, nullis difficultatibus retar-
„dari potuerunt. Hinc pariter animos
„audaciamque ſumpſerunt degeneres illi
„celebris Facultatis Theologicæ Pari-
„ſienſis alumni, qui numero dumtaxat,
„& arrogantia invaleſcentes, quaſi eos
„puderet Apoſtolicis paruiſſe Mandatis,
„ſibique fas eſſet Conſtitutionem no-
„ſtram arbitratu ſuo admittere vel re-
„jicere, ad ea, quæ vobis nimium nota
„ſunt, devenerunt, quibus a veteri
„ſui cætus in hanc ſanctam Sedem ob-

„ſequio

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„ſequio ſe penitus defeciſſe aperte mos-
„ſtrarunt. Hinc aliorum ex eoden
„cætu doctorum, qui accepto a ſui
„majoribus more, obſequii hujusmod
„conſtanti devotione tenaces eſſe vo
„luerunt, injuriæ & vexationes inno-
„meræ, hinc rerum ejusdem Faculta-
„tis nomine nuper geſtarum tanta con
„fuſio & turpis inconſtantia, hinc recta
„ſanæque ſententiæ repudiatæ. Hinc
„falſorum, damnatorumque dogmatum
„aſſertiones laudatæ, hinc denique
„turbulentorum hominum intolerabilis
„procacitas, qui ſuæ conditionis oblit
„levantes ſe ſuper ſe, conatu nefario
„& Ec- eſiaſticæ Hierarchiæ prorſus
„exitiali, contra ipſos Eccleſiæ Anti-
„ſtites inſurgere, & ſacroſanctam ve-
„ſtram dignitatem exagitare, & pro-
„pemodum violare præſumpſerunt; non
„alia profecto ratione, niſi quia ve-
„ſtrum aliqui, quos ſatis laudare non
„poſſumus, probe ac ſapienter rati fi-
„dei puritatem in periculum adduc-
„iri, ſi venerabilis Clerus, a quo in re-
„liquos Chriſti fideles doctrina manare
„debet, illam modo e turbidis ejus-
„modi Magiſtrorum fontibus hauriret,
„ne ſuarum Diæceſium Clerici ad eos
„accederent, provide interdixerunt.
„Ad quam ſane temeritatem coercen-
„dam vehementer, ut par erat, exar-
„ſimus,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„simus, atque animo Nobiscum repu-
„tantes vindices nos, & assertores No-
„strae æque ac vestræ dignitatis esse a
„Domino constitutos, non modo huic
„sanctæ Sedi, imo & universæ Eccle-
„siæ ab hominibus prædictis illatas
„injurias ulcisci debere cognovimus,
„sed & opprobria exprobantium vobis
„cecidisse super nos existimavimus, ea-
„que propterea decrevimus, quæ in
„datis hac de re nostris in simili for-
„ma Brevis literis videre poteritis, non
„dubitantes, quin ea vobis satis grata
„accidant, atque honorifica. Quo-
„niam vero parvi refert mala germina
„recidere, nisi radicitus evellantur, ut
„tot malorum fomitem extinguere sa-
„tageremus, dissidentes jam dudum
„ex vobis Episcopos ad optatam cum
„Fratribus concordiam revocare atque
„ad debitam Constitutioni nostræ obe-
„dientiam allicere omnibus hucusque
„lenitatis ac patientiæ officiis, cete-
„risque, quotquot Christiana & Pon-
„tificia charitas suggerebat, argumen-
„tis sedulo studuimus. Sed illis adhuc
„pacifica hæc consilia respuentibus,
„imposita Nobis Apostolici Ministerii
„necessitate cogente, ita jam agere
„constituimus, ut quos hactenus cha-
„ritate emollire non potuimus, hos
„tradita Nobis a Domino potestate per

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„diſciplinæ remedia excitemus. Cum
„tamen valde æquum Nobis viſum fue-
„rit, hanc noſtram deliberationem cum
„omnibus, qui in hac Alma urbe ſunt,
„venerabilibus fratribus noſtris S. R. E.
„Cardinalibus communicare, ut in
„tanti momenti negotio eorum om-
„nium conſiliis uteremur, iidem roga-
„ſuam Nobis ſententiam aperire, om-
„nes quidem propoſitum noſtrum, ve-
„pote integra undequaque juſtitia ſub-
„nixum, agnoverunt; illorum tamen
„complures optare ſe dixerunt & in-
„penſe deprecati ſunt, ut priusquam
„ſuſceptum conſilium exequeremur
„breves adhuc inducias concederemus,
„quibus interim ſacrum eorumdem
„Cardinalium Collegium commune
„literas conſilio, ſuaſionibus, precibus
„omnique officiorum genere plenas a
„ampliſſimi ſui cætus ſpectabile Mem-
„brum dare poſſet, iisque lucrari con-
„tenderet Fratrem ſuum: quo ſcilicet
„præeunte, merito ſperandum eſſet, a
„lios quoque illi adhærentes Epiſco-
„pos eandem viam eſſe inituros: quare
„nos tanti apud Nos ponderis preca-
„tionibus ſincera charitate Fraternita-
„tis expreſſis, tum pro ipſorum depre-
„cantium dignitate ac merito, tum pro
„rei, quæ petebatur, æquitate annuen-
„dum eſſe exiſtimavimus; ea præſer-
„tim

„tim spe ducti, ut qui alias non minus „pietatis & prudentiæ, quam filialis „in Nos, & hanc sanctam Sedem ob- „servantiæ, luculenta præbuit argu- „menta, eadem & nunc diutius a No- „bis desiderari minime sit passurus. Ce- „terum, ne paternæ charitati & solici- „tudini nostræ per has ipsas inducias „reliquum quidquam faciamus (neque „enim, nisi inviti, & in multa animæ „nostræ amaritudine, canonicæ distri- „ctionis gladio manus admovebimus) „vos Fratres Venerabiles, quotquot „scilicet, Constitutionem nostram am- „plexi fuistis, ultro requirimus, ac in „Domino rogamus & obtestamur, ut „fraterni amoris stimulis incitati, quod „jam aliqui sæpius feciſtis, iterum fa- „ciatis, hoc est, dissidentes Collegas „vestros nostro etiam nomine, conve- „niatis atque omnibus eos sacerdota- „lis Zeli, & benevolentiæ argumentis, „officiisque ad nostras potius, quam „alienorum voces audiendas excitare, „atque urgere non desistatis. Ponite „eis ob oculos, quam fæda sit hujusce „dissidii species, quantum inde Eccle- „siæ malorum discrimen immineat, „quantus bonis dolor, improbis læti- „tia proveniat; Heterodoxi vero quam „audacter vocibus libellisque sibi hac „de re gratulentur, ac triumphent; fa-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„cile ſiquidem illorum quisquis perſua-
„ſum habebit, unum corpus, ſi ſeparetur
„in partes, ad omnes patere laceration
„injurias, & ex ſe peſtem pati inter
„nam, quando ſecum compago ipſa con-
„fligit, exponite illis, quam altas inte-
„rim damnati errores radices figant
„quam gravis Apoſtolicæ Sedi irroge-
„tur injuria, cujus ſententia adhuc de-
„citur in ambiguum, quam lata de-
„mum lugendo ſchismati aperiatur vi
„quo inconſutilis Chriſti tunica in Ga-
„licana Eccleſia ſcindatur. Oſtendite ei
„quod varietatem veritas (quæ e
„ſimplex atque una) non recipit,
„abjectis diſſenſionibus, ea tandem
„quæ pacis & unitatis ſunt, ſincer
„charitate amplectantur, vobisque ha
„tantibus intelligant ſupervacaneam
„ſeſe operam dare novis fidei ſuæ fo
„mulis compingendis, quibus adſtruan
„ſe bene riteque de religione ſentire
„quidquid enim in Conſtitutione noſtr
„definitum eſt, ſi iisdem, aut paribu
„verbis complecti velint, fruſtra nova
„condent credendi formulas, ſi diver
„ſis, ſuſpicionem movebunt, nec u
„quam ſe ſatis recte loqui, ac rect
„credere comprobabunt. Eosdem de
„nique potiſſimum admonete, ne de va
„na erga nos obſervantia ſibi fruſtr
„blandiantur, dum a Nobis poſtulab
„nova

„novas, & prævias Conſtitutionis no- Sæc. XVIII.
„ſtræ declarationes, cui debitam inte- A. C. 1716.
„rim obedientiam deferre detrectant.
„Si vere itaque veritatem diligunt, ſi
„pacem quærunt, ſi humilitatem ſe-
„ctantur, ſi charitate moventur: ita
„ſe gerant, ut cedat curioſitas fidei,
„cedat gloria ſaluti; quæ enim pate-
„facta ſunt, quærere ac de iis, quæ
„definita ſunt, tractatum inire, quid
„aliud eſt, quam de adeptis gratiam
„non referre, ſed ad interdictæ arboris
„cibum improbos appetitus mortiferæ
„cupiditatis extendere? illis propterea
„ſæpe alias, ac modo rurſus denuntia-
„mus, veræ contumaciæ loco a Nobis
„haberi hanc eorum agendi rationem,
„qua ſane, ſi Epiſcopis ſingulis per uni-
„verſam Eccleſiam impune liceret dog-
„maticis hujus ſanctæ Sedis Conſtitu-
„tionibus ſubjectionem protrahere:
„(liceret autem, ſi hoc ipſum prædictis
„diſſidentibus Coepiſcopis veſtris per-
„mitteretur) nemo non videt, quo tan-
„dem Eccleſiæ unitas eſſet dilapſura.
„Poſtremo venire vos vehementer opta-
„mus, atque in Domino hortamur &
„obſecramus, in alteram noſtræ ſolli-
„citudinis partem, qua iteratis, ac fere
„aſſiduis poſtulatis apud dilectiſſimum
„in Chriſto filium noſtrum Philippum
„Ducem Aurelianenſem iſtius Regni

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Rectorem, tum Romæ per dilectum
„filium noſtrum Joſephum S. R. E, Car-
„dinalem de la Tremoille, tum Pari-
„ſiis per Venerabilem Fratrem Corne-
„lium Archiepiſcopum Carthaginenſem
„nuntium illic noſtrum, inſtare hacte-
„nus non deſtitimus, ut qui inter ce-
„teras Regiorum ponderum curas cor-
„ſervandæ quoque ſacerdotali charita-
„rectitudine ſtudii ſpiritualis invigila-
„pie, veraciterque conſiderans pacem
„Reipublicæ ex Eccleſiæ pace pendere,
„pro ſingulari, quo flagrat Religionis
„ardore, ac ſtabiliendæ concordiæ de-
„ſiderio ſuam Nobis hac in re ferv
„opem, ac profligandis hiſce turbis
„permovendisque Renitentium animis
„ſe Nobiscum conſociet. Veſtram itaque
„operam in hoc pariter advocamus,
„quo preces, ſuaſiones, obteſtationes
„atque omnis generis officia apud eum-
„dem Principem impenſe demiſſeque
„adhibeatis, ut priusquam exitiale hoc
„bellum intra Eccleſiam vehementius
„invaleſcat, redintegrandæ unitatis co-
„piam, Deo auxiliante, concedat,
„ſciens Regni iſtius felicitati profutu-
„rum, quidquid Catholicæ paci beni-
„gna ipſius fuerit diſpenſatione colla-
„tum. Nec ſane dubitamus, quin pr
„eximia, qua pollet Prudentia, videa
„quorſum tandem evaſura ſit hæc, non
„jam

„jam opinionum dissensio sed in rebus „fidei sententiarum pertinax pugna, „quantumque in discrimen adductura „sit isthic Ecclesiæ & Reipublicæ tran- „quillitatem, nisi quantocius extinqua- „tur; præsertim cum ipsum latere ne- „queat, bonos omnes summopere ve- „reri, ne dum a privatis Presbyteris „Ordo vester tam impudenter contem- „nitur, ac improborum artibus cultus, „& veneratio Christifidelium erga B. „Petri Cathedram adeo indies immi- „nuitur, hæretica lues, qua alias e „Galliis feliciter ejecta, noviſſime de- „functus Rex Christianissimus partam „sibi tot aliis nominibus gloriam nun- „quam interitura laude cumulavit, „veluti fractis aggeribus in florentissi- „mum illud Regnum iterum irrumpat, „ac divina & humana omnia perturbet, „ac misceat. Induite ergo vos Venera- „biles Fratres, armaturam Zeli & tan- „quam, Deo exhortante per Nos, stre- „nue in unitate Spiritus communem „nostram, imo verius Dei causſam a- „gamus. Neque enim fas est in tanto „Dominici gregis discrimine silere Pa- „stores, cum vero sufficientiam nostram „ex Deo esse probe agnoscamus, effun- „damus primum coram Illo corda no- „stra, jugibus lacrimis & precationibus „clamantes, ut respiciens de cælo, & vi-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„ſitans vineas iſtas, ſuperſeminata in„ibi diſſidiorum Zizania penitus evel„lat, detque voci veſtræ vocem vir„tutis: Renitentes autem Fratres Spi„ritus ſui dulcedine perfuſos ad con„cordiam flectat, atque ad obedientiam„adducat, in laudem gloriæ gratiæ„ſuæ, ut omni denique contentione„& æmulatione ſubmota, idipſum di„camus omnes, nec ulla ſint ſenſuum„diſputationumque certamina, ſed uno„ore honorificemus Deum, a quo gra„tiæ vobis & pacis, & gaudii ſpiri„tualis aſſidua implorantes charismata„fraternitatibus veſtris intimo paterni„noſtri cordis affectu Apoſtolicam be„nedictionem impertimur.„

§. LVII.

Sorbona a ſummo Pontifice caſtigata.

Dorſann. t. 1. p. 301. Bull. magn. Part. I.

Præter haſce literas inſuper ſummus Pontifex Pariſinæ Facultatis audaciam repreſſurus, die decima octava Novembris ad eandem literas dedit, in quibus haud ultra in minis hærebat, ſed in illos Sorbonæ Doctores, qui Conſtitutionem acceptare aut recuſarunt, aut factam acceptationem revocarunt, pœnarum ſeveritate animadvertit: Hos ergo omnibus privilegiis, quæ

quæ a Prædeceſſoribus ejus Pontificibus Sorbonæ indulta fuere, donec reſipiſcant, excidiſſe declaravit, eisque inhibuit, ne ullus ad quoscunque Doctorum gradus reciperetur; fuſius dein cuncta adverſus Conſtitutionem attentata referens, proſequitur. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

I. „Hæc dum nobiscum animo re„putamus, eo graviori doloris ictu per„culſi ſumus, cum frequentibus literis, „& fama ubique gentium cum incre„dibili fidelium ſcandalo diffuſa, ad „Apoſtolatus noſtri notitiam pervenit, „quod, poſtquam alias videlicet Menſe „Martio An. 1714. in lucem prodierat „decretum quoddam nomine dictæ Fa„cultatis promulgatum, ac publicis li„teris conſignatum, per quod teſtatum „omnibus fiebat, eamdem Facultatem „die quinto ejusdem Menſis Martii „Conſtitutionem noſtram, quæ incipit. „*Unigenitus Dei Filius* anno incarnatio„nis Dominicæ milleſimo ſeptingente„ſimo decimo tertio ſexto idus Septem„bris a Nobis editam ſumma cum re„verentia, atque obſequio recepiſſe, „ac in ſuas Tabulas referri juſſiſſe, „ut ab omnibus & ſingulis Magiſtris, „Doctoribus, Baccalaureis, & Candi„tatis ſuis pari obſequio coleretur, & „obſervaretur.„

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

II. „Non ita pridem nonnulli præ-
„dictæ Facultatis Doctores, majorem
„forsan, sed certe minime sanioremfu
„cætus partem constituentes, non mi-
„nus antiquæ ejusdem cætus gloriæ,
„perpetuæque in hanc sanctam Sedem
„observantiæ, quam insignium ab ea
„ipsi Universitati collatorum beneficio-
„rum, ac Privilegiorum immemores,
„quinimo ipsius etiam sui doctoratus
„gradus, quo Apostolica auctoritate
„donati fuerunt, prorsus obliti: nulla
„Ecclesiasticarum pœnarum formidine,
„nulla famæ reverentia, nulla demum
„illius jurisjurandi, quo in consortium
„dictæ Facultatis cooptati, initio om-
„nium actuum se nihil unquam dictu-
„ros, scripturosque, quod Pontificiis
„decretis repugnaret, diserte spopon-
„derunt, religione commoti: frustra
„reclamantibus aliis bonam caussam
„strenue tuentibus, eo impudentiæ pro-
„cesserunt, ut decretum supradictum
„falsum, adulterinum, commentitium,
„atque ex ipsius Facultatis commen-
„tariis eradendum esse declaraverint;
„non obscure sic agendo ostendentes
„se, aut debitam memoratæ Constitu-
„tioni nostræ obedientiam præstare con-
„tumaciter nolle, quippe quam se nun-
„quam præstitisse acerrime contende-
„runt, aut verius ab ea, quam pro
„mune-

„muneris sui debito præstiterunt, tur- Sæc. XVIII.
„piter desciviſſe: utcumque vero se res A. C. 1716.
„habuerit, semper a Majorum suorum,
„quos Religionis non minus, quam Sa-
„pientiæ Claritas commendavit, ve-
„stigiis aberrasse, qui videlicet ab ipsis
„scholæ Parisiensis exordiis Apostolicæ
„Sedis leges accipere, suarum confir-
„mationem expectare, oracula petere,
„judicia subire, decretis obtemperare,
„pœnas exequi, sanctionibus acquie-
„scere, verbis factisque toties professi
„sunt, maximoque sibi honori incon-
„cussa devotione duxerunt, prout ex
„ipsius Universitatis tabulis, & publi-
„cis etiam documentis constare notum
„est.„

III. „Ad hæc inquieti homines præ-
„fati minime veriti sunt, tum privatis
„collocutionibus, tum publicis etiam,
„toto suorum adstante Conventu, ha-
„bitis sermonibus, moderno præser-
„tim Syndico viam aberrantium præ-
„eunte, prædictam Constitutionem no-
„stram multiformiter impetere atque
„proscindere: necnon Clarissimos col-
„legas suos, a veritatis semita non re-
„cedentes, adeoque ab eis dissentien-
„tes, quos non paucos Divina Provi-
„dentia ad reproborum Contumeliam
„servare voluit, plurimum divexare,
„perinde ac si morem Apostolicæ Sedi
„ge-

Sæc. XVIII. A. C. 1716. „gerendo gravi aliquo se crimine com„maculassent. Prætereo nonnullorum „Venerabilium Fratrum Galliæ Episco„porum Decreta, quibus a perversa „ejusmodi ipsorum agendi ratione sese „abhorrere palam edixerant, abjudi„care, & dispicere, quin etiam publice „impugnare non erubuerunt: qnod uti„que ingenti animum nostrum mærore „confodit, quippe qui in summo Epi„scopatus vertice a Domino constituti „Episcopalem imprimis Auctoritatem, „dignitatemque defendere, omnino te„nemur, idque maxime Ecclesiæ Dei, „maxime etiam Religionis interfit.„

IV. „Multa & tam gravia mala cum „jamdiu invaluerint, Nos tamen, ut „amantissimus Pater, quem delirantium „filiorum miseret, in patientia, & lon„ganimitate diutius, quoad fieri potuit, „expectandum existimavimus, an forte „filii isti desertores Conscientia com„missi sceleris, aut saltem verecundia, „ad se sponte redirent, vel alieno tan„dem impulsu, atque opera revocaren„tur. Verum cum videamus lenitate „nostra morbum quotidie magis, ma„gisque ingravescere, ne pœnas a No„bis neglectæ curationis repetat supre„mus Ecclesiæ Auctor, ac vindex, sa„lubri aliquo Canonicæ severitatis re„medio vulnus istud tractandum suscipimus,

„pimus, ut quod plane cupimus, cica- Sæc. XVIII.
„tricem ducat, & prævaricatores re- A. C. 1716.
„vertantur ad cor; parati profecto, si
„secus accidat, quod absit, ulciſci om-
„nem inobedientiam, & juxta traditam
„Nobis a Domino potestatem ad ulte-
„riora procedere.„

V. „Specialem itaque curam ejus-
„dem Parisiensis Scholæ sub immediata
„Beati Petri protectione a tot sæculis
„ut præfertur, susceptæ? Nobis & ei-
„dem Apostolicæ Sedi renitentes (ne-
„que enim boni Pastoris est infirmas
„oves deserere, sed vigilantius custo-
„dire) ut illius bono, ut utilitati sa-
„lubrius, & efficacius consulamus; si-
„mulque animo reputantes reliquas om-
„nes gratias, quibus ipsa sacræ Theo-
„logiæ Facultas a Sede prædicta cu-
„mulatissime ornata fuit, ob tot, ac
„tanta, ut præfertur, in ea perperam
„gesta, jam non in fidei favorem, Ec-
„clesiæ decus, Episcoporum adjumen-
„tum, Fideliumque ædificationem, uti
„mens profecto concedentium fuerat,
„sed in errorum potius fomentum, me-
„moratæ Sedis injuriam, atque Epi-
„scopalis dignitatis imminutionem fore
„cessuras, omnium & singulorum pri-
„vilegiorum, facultatum, gratiarum, &
„indultorum prædictæ Facultati Theo-
„logicæ Parisiensi a quibuscunque Ro-
„manis

Sæc. XVIII A. C. 1716

„manis Pontificibus Prædeceſſoribus „noſtris conceſſorum, literarumque „Apoſtolicarum, tam ſub plumbo, „quam in ſimili forma Brevis ab eis „deſuper emanatarum tenores, & da„tas etiam veriores, aliaque omnia & „ſingula, etiam ſpecificam, & individuam „mentionem, expreſſionemque requi„rentia, præſentibus pro plene & ſufi„ficienter ac de verbo ad verbum nihil „penitus omiſſo, inſertis & expreſſis, „ac ſpecificatis habentes, de nonnullo„rum Venerabilium Fratrum Noſtrorum „S. R. E. Cardinalium ſuper hac re ſpe„cialiter a Nobis deputatorum conſilio „omnia & ſingula Privilegia (præfatæ „immediatæ ſubjectionis huic ſanctæ „Sedi dumtaxat excepto) immunita„tes, libertates, prærogativas, Facul„tates, gratias, indulgentias, & indulta „quæcunque ſive a Nobis, ſive a quibus„vis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris prædictæ Facultati „Theologicæ Pariſienſi, ſive ejus Docto„ribus, Magiſtris, Decauo, Syndico „aliisque Miniſtris, officialibus & perſonis quibuscunque tam conjunctim „quam diviſim, quandocunque, quomodocunque, & ex quacumque cauſſa „conceſſa, ac etiam pluries confirmata, „& innovata, auctoritate Apoſtolica „tenore præſentium, ad Noſtrum, & „dictæ

„dictæ Sedis beneplacitum ſuſpendi- Sæc. XVIII.
„mus ac ſuſpenſa eſſe, & fore decer- A. C. 1716.
„nimus, & declaramus.„

VI. „Neminem propterea in poſterum, „ejusmodi ſuſpenſione durante, ad Ma„giſterii, ſeu Doctoratus, Licentiæ, Bac„calaureatus, ſeu quemvis alium gra„dum in eadem Facultate per Cancel„larium ſupradictæ Univerſitatis, ſive „alium ipſius Facultatis Miniſtrum, ſeu „officialem quemcunque promoveri, „eidemque Facultati aggregari ullo „modo poſſe, nec ita forte promotum, „ſeu agregatum a Nobis & Sede præ„dicta, ejusve Officialibus, & Miniſtris „aut a quovis alio Prælato Eccleſiaſtico „ſæculari, vel Regulari, eorumque „pariter Officialibus, & Miniſtris ubi„que gentium exiſtentibus ullo modo „admitti debere, neque demum præ„fatorum graduum vigore, ad quasvis „Eccleſias, dignitates, beneficia, alia„que munera Eccleſiaſtica gradus hu„jusmodi requirentia, idoneum cen„ſeri, aut ad alia recipi quoquomodo „poſſe, auctoritate, & tenore prædictis „ſimiliter declaramus.„

VII. „Cæterum, quia Romani Pon„tificis æqui, bonique ſupremi aſſer„toris eſt juſtitiæ limites non præter„gredi, ne videamur virgam peccato„rum relinquere ſuper ſortem juſtorum,

„Magi-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Magiſtros omnes, Doctores, Bacca-
„laureos, aliosque quocunque nomine
„nuncupatos ſupradictæ Facultatis A-
„lumnos, qui prædictæ Conſtitutioni
„noſtræ debitam obedientiam præſtite-
„runt, aut in futurum præſtiterint, præ-
„ſenti gratiarum, & Privilegiorum ſu-
„ſpenſione minime affici volumus, per-
„inde acſi quoad illos eædem præſentes
„literæ prorſus non emanaſſent. Qui-
„nimo eosdem, ut veros obedientiæ
„Filios, ac Germanos egregiæ Facul-
„tatis Alumnos paternæ charitatis a-
„nu complectentes hortamur in Do-
„mino, ut Apoſtolicum illud ſedulo co-
„gitantes: *Si quod patimini propter juſti-*
„*tiam, beati:* in ſuſcepto tuendæ ſanæ
„Doctrinæ propoſito glorioſa ſtabilitate
„perſeverent: quodque vere Chriſtiani
„Doctoris eſt, eos, qui contradicunt,
„arguere pro tradita ſibi a Domino ſa-
„pientia non vereantur; certi, divinam
„ſibi retributionem, atque hujus ſanctæ
„Sedis protectionem & gratiam mini-
„me defuturam.

§. LVIII.

Quorumdam Sorbonæ Doctorum audacius magis temerarii.

Verum Refractarii Doctores perinde acſi hæ Pontificis literæ eos non reſpi-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

respicerent, Constitutionem ore & calamo impugnabant, quoniam vero Ravecheto Syndico stimulante, accuraratam doctrinæ, quam circa præsentem controversiam Facultas profiteretur, explicationem jam prima Aprilis die hoc anno conficere statuissent, eo, ut ajebant, fine, ut in hac expositione *specimen & Regulam desumerent ex articulis editis Anno* 1542. *contra Lutheranorum errores*, hinc septendecim nominarunt Magistros, qui huic labori operam darent: Hi ergo in comitiis publicis, ad quæ centum & quadraginta quatuor Doctores convenerant, die undecima Augusti primam partem articulorum præfatæ doctrinæ exposuerunt, quam etiam centum triginta septem Doctores approbarunt, quo facto S. Facultatis nomine hos articulos typis mandari, & publici juris fieri præceperunt. Erant autem primæ partis articuli sequentes:

Prem. Part. des art. de Doctrin. de la S. Facult. de Paris p. 3.

„Quod olim Theologorum Parisien-
„sium Ordo in orthodoxæ Doctrinæ ex-
„positione ac declaratione præstitit,
„orbe Christiano applaudente, editis
„contra Lutheranorum aliorumque No-
„vatorum errores articulis, idipsum
„nobis præstandum duximus, ac pro-
„videndum hisce temporibus, quibus
„fides dogmatum, & Regula morum
„vitæque Christianæ, novis in dies

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„erroribus impetitur, aut mala, licet „resecta, repullulant.„

„Etsi profanas illas Novitates, & „pernicioſas opiniones ferme ſtatim at„que tenebris emerſerunt, graviſſimis „cenſuris Facultas confixit, atque ita „malo enaſcenti, ne latius ſerperet, „aut impune graſſaretur, provide, quan„tum in ipſa fuit, videretur occurriſſe, „non abs re tamen fore exiſtimavimus, „ſi erroribus perpetuo ſuccreſcentibus „ſana Doctrina dilucidius proponeretur.„

„Quo in opere exequendo fuit hoc „ſummæ religioni, fuit hæc præcipua „lex, ne quid inſereretur novi, ne ul„lum humanæ præſumptionis inven„tum ſacris dogmatibus admiſceretur, „nihil quod non eſſet depromptum ex „puriſſimis Scripturarum, aut tradi„tionis fontibus.„

„Sic etenim ſancti Patres veri Chri„ſtianorum Theologi, *quod invenerunt in Eccleſia, tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt* (*a*). Depoſitum cuſto„di, *quid eſt depoſitum*, inquit Vincen„tius Lirinenſis (*b*), *ideſt, quod tibi cre„ditum eſt, non quod a te inventum, quod accepiſti, non quod excogitaſti, rem non ingenii, ſed Doctrinæ, non privatæ uſur„patio-*

(*a*) S Aug. l. 2. contra Jul. cap. 10. n. 34.
(*b*) Commonit.

pationis, ſed publicæ traditionis, in qua non auctor eſſe debes, ſed cuſtos, non inſtitutor, ſed ſectator, non ducens, ſed ſequens, . . . o Timothee, o Sacerdos, o Tractator, o Doctor, ſi te Divinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, Doctrina . . . intelligatur, te exponente illuſtrius, quod antea obſcurius credebatur, eadem tamen, quæ didiciſti, doce, ut cum dicas nove, non dicas nova.

„Quo & frequens illa in ſcripturis „Admonitio (*c*): *dices Prophetantibus de corde ſuo: audite verbum Domini, hæc dicit Dominus: væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum.*

„Licet inter articulos eos præſer„tim, qui ſpectant ad mores, nonnulli „ſint, quos divina fide certos aſſerere „non poſſumus, nec debemus, in ipſis „tamen condendis regula fidei ab Apo„ſtolis tradita ſervata eſt (*d*): *tenendum quod bonum eſt, ab omni ſpecie mala abſtinendum* (*e*). *In negotio ſalutis, nefas eſt, certis incerta præponere*, atque adeo ſen„tentias, quæ ſcripturæ, quæ dictis „ſanctorum Patrum magis conſonant, „quæ bonis & Chriſtianis moribus con-

 „du-

(*c*) Ezech. 15. v. 2. &c.

(*d*) 1. Theſſ. 5. 21. & 22.

(*e*) S. Aug. l. 1. de Bapt. contra Donat. cap. 3. n. 4.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

„ducunt magis, seligendas censuimus;
„laxiores vero opiniones, quibus ra
„salutis, quam suprema veritas Chri
„stus arctam esse declaravit, in peri
„ciem animarum dilatatur, seu verita
„subvertitur, omnino respuendas.„

„Hæc est Theologorum Parisien
„sium Doctrinæ summa quædam, ad co
„jus declarationem nos compulerunt
„tum exempla Majorum, tum rati
„temporis, quæ postulat, *ut obstruatur*
„*os loquentium iniqua*, tum potissimum
„graviſſima Cleri Gallicani in Comitiis
„generalibus ad id munus suscipiendum
„adhortatio & publica omnium ferm
„ordinum vota.„

„Quam quidem doctrinam omnibus
„fidelibus proponendam censuimus, &
„ab iis acceptum iri speramus, in han
„addiscendam præsertim sacræ Theolo
„giæ Candidati incumbentes, aliena
„& peregrina dogmata (*a*). *Profanas
vocum novitates & oppositiones falsi nomi
nis Doctrinæ* devitabunt, memores im
„primis horum Apostoli verborum (*b*)
*si quis non acquieſcit sanis ſermonibus Do
mini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſe
cundum pietatem eſt, Doctrinæ: ſuperbus
eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtio
nes*

(*a*) 1. Tim. 6. 26.
(*b*) 1. Tim. 6. 3. 4. 5.

nes & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, ſuſpiciones malæ, Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Cæterum confidentes laborem no„ſtrum non fore inanem in Domino, „non ceſſabimus, *pro vobis orantes, & poſtulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali, ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei, inſtructi in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem Myſterii Dei Patris, & Chriſti Jeſu: in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi* (c).

His præmiſſis exponebant ſuæ doctrinæ articulos, & quidem

De actibus humanis.

I. Regulæ morum ſunt lex & conſcientia, adeo, ut quæ contra legem vel conſcientiam fiunt, peccata ſint. II. Doctrina morum ex puris S. Scripturæ ac Traditionis tum Divinæ tum Eccleſiaſticæ fontibus potiſſimum depromenda eſt. III. Pernicioſe errant,

(c) 1. Cor. 15. 58. Coloſſ. 1. 9. 10.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

qui asserunt, doctrinam fidei a veteribus quidem, morum vero doctrinam Recentioribus magis esse repetendam

IV. Ad merendum vel demerendum in statu Naturæ lapsæ non sufficit libertas a coactione, sed requiritur libertas necessitate proprie dicta.

V. Actus humani ad Deum tum quam ad finem ultimum non solum interpretative, sed etiam Actu, aut virtualiter ex præcepto debent referri

VI. In rebus ad salutem pertinentibus nefas est certis incerta præponere.

VII. Inter opiniones æque probabiles, ubi de præcepto agitur, tutior pars eligenda.

VIII. Non licet agere juxta sententiam minus probabilem relicta probabiliori, nisi ea, quæ est minus probabilis, sit tutior.

IX. Peccat, qui agit ex probabilitate extrinseca, seu ex sententia unius aut multorum auctorum, quam ipse fallsam aut minus probabilem existimat.

De peccatis.

X. Peccatum Philosophicum, seu Actus humanus rectæ rationi dissentaneus, quo Deus non offendatur, recens & pernicioſum commentum est

XI.

XI. Deteſtandus error eſt aſſerere peccatum, quantumvis grave, in eo, qui vel Deum ignorat, vel de Deo actu non cogitat, vel Conſcientiæ ſtimulos non patitur, aut non advertit ad malitiam peccati, non eſſe offenſam Dei, neque mortale peccatum æterna pœna dignum. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

XII. Quoties pravos concupiſcentiæ motus inſurgere animadvertit ratio, illico voluntas tenetur iis obſiſtere.

XIII. Si vel momento temporis dominatur cupiditas, conſentiente ſcilicet voluntate, peccatum committitur.

XIV. In moroſis cogitationibus de rebus illicitis malitia peccati non tam ex diuturnitate, quam ex deliberato voluntatis conſenſu æſtimanda eſt.

De legibus.

XV. Lex æterna eſt ratio divina ſeu voluntas Dei naturalem rerum Ordinem ſervari jubens, perturbari vetans.

XVI. A lege æterna cæteræ leges habent, ut jubeant vel vetent, ſecundum quod illa incommutabili veritate præceperit.

XVII. A lege naturali, utpote quæ ſit immutabilis, & invariabilis, nulla datur diſpenſatio proprie dicta.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

XVIII. Lex vetus, licet justa & a Deo condita, per mortem Christi antiquata est propter infirmitatem & inutilitatem.

XIX. Quicunque ante Christum tempore legis Naturæ, vel Legis Mosaicæ gratiam, justitiam, aut salutem adepti sunt, neque per vim naturæ neque virtute fœderis Mosaici, aut ex operibus legis, sed ex fide in unum Mediatorem eas consecuti sunt.

XX. Spiritus legis judaicæ non fuit spiritus adoptionis filiorum, sed servitutis. Duorum Testamentorum brevissima & apertissima differentia, timor & amor.

XXI. Legibus potestatum sive Ecclesiasticarum sive Civilium tenetur quisque obedire, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

XXII. Lex humana non obligat, nisi ubi juxta Regionum consuetudinem & receptos mores fuerit promulgata.

XXIII. Lex humana actus externos directe præcipit, internos vero saltem indirecte.

XXIV. Non licet a lege dispensare sine justa causa: ubi necessitas urget, excusabilis est dispensatio, ubi utilitas communis provocat, laudabilis: ubi nihil horum est, non est fidelis dispensatio, sed dissipatio.

XXV.

XXV. Nulla consuetudo derogare potest legi Naturali aut Divinæ positivæ, consuetudo rationabilis, & legitime præscripta legem humanam abolere potest, imo vim legis aliquando obtinere. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

XXVI. Ignorantia sive juris, sive facti, si sit revera invincibilis excusat a peccato.

XXVII. Certum est non dari ignorantiam invincibilem circa generalia juris naturalis principia, neque circa Decalogi præcepta, neque etiam circa conclusiones saltem ex iis proxime deducendas.

De virtutibus Theologicis.

De Fide.

XXVIII. Evidens est ex miraculis, prophetiis, & aliis motivis credibilitatis religionem Christianam solam esse veram.

XXIX. Erroneum est & Sacris literis contrarium asserere, ante adventum Christi extra gentem judaciam extitisse nationes, in quibus verus & publicus Dei cultus viguerit.

XXX. Omnem Religionis sensum evertunt, & humanæ præsumptioni subjiciunt fidei Majestatem, qui docent nihil de Mysteriis credi oportere, nisi quod rationi naturali evidens est.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

XXXI. Pernicioſus eſt error docentium, eos, qui ab Eccleſia Catholica ſchismate aut hæreſi ſeparati ſunt, ſalutem æternam poſſe obtinere.

XXXII. Aſſenſus fidei certa Dei nititur revelatione, quæ in ſacris literis & in perpetua Traditione continetur.

XXXIII. In Eccleſia Catholica magnopere curandum eſt, ut id teneatur, quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt, hoc eſt, ut antiquitatem, univerſitatem, conſenſionem ſequamur.

XXXIV. Nullæ fiunt novæ in Eccleſia revelationes, quæ ad fidem Catholicam pertineant.

XXXV. Ob enaſcentes errores Eccleſia ſuis definitionibus non condit novos Articulos fidei, ſed antiquam & perpetuam Doctrinam explicatius aliquando & dilucidius proponit.

XXXVI. In quæſtionibus Theologicis, quæ permittuntur ſcholarum libertati, anteponendæ ſunt opiniones, quæ vel ſacris literis, vel traditioni magis conſentaneæ ſunt.

XXXVII. Fides in Deum remuneratorem quovis tempore, atque etiam in Mediatorem poſt Adæ peccatum ad juſtitiam & ſalutem conſequendam neceſſaria fuit.

XXXVIII.

XXXVIII. In nova lege neceſſaria eſt ad ſalutem neceſſitate medii fides explicita ſanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis, Redemptionis per mortem Chriſti, Reſurrectionis ejus, & Remunerationis æternæ: neceſſitate vero præcepti fides Articulorum ſymboli Apoſtolici ſaltem quoad ſubſtantiam necnon cognitio Decalogi, Eccleſiæ præceptorum, Orationis Dominicæ, Sacramentorum, quæ cuique ſuſcipienda ſint, & eorum, quæ ad ſtatum cujusque pertinent. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

XXXIX. Graviter peccat, & violatæ fidei reus eſt, qui vel ſuperſtitioſis gentilium ritibus, vel prophanis hæreticorum conventiculis communicat.

XL. Fidem, qua corde creditur, ore & factis profiteri non merum conſilium eſt, ſed divinum præceptum.

XLI. Qui a poteſtate publica de religione ſua interrogatus fuerit, fidem ſub reatu peccati mortalis tenetur confiteri, & quoties ex ſilentio, ſcandalum aut damnum fidei oriretur.

De Spe.

XLII. Salus æterna, quæ fide per merita Chriſti unicuique poſſibilis & in juſtitia perſeverantibus promiſſa creditur, ſpe futura & obtinenda cum fiducia expectatur per gratiam Salvatoris,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

ris, quæ operatur velle & perficere, eidem cooperando cum metu & tremore.

XLIII. Non datur in hac vita mortali ſtatus perfectionis Chriſtianæ, a quo exulent timor gehennæ, & deſiderium remunerationis æternæ: Actus ſpei a quolibet Chriſtiano, quantumvis perfecto ſæpius exercendus, & æternæ damnationi ſuæ acquieſcere prorſus nefas.

De Charitate.

XLIV. Mentibus Chriſtianis inculcandum eſt, ut ſcribit ſanctus Auguſtinus Lib. I. de doctri. Chriſti 22. hanc Regulam dilectionis divinitus inſtitutam eſſe, *diliges proximum tuum ſicut teipſum, Deum vero ex toto corde, ex tota anima*, ut omnes cogitationes noſtras & omnem vitam & omnem intellectum in eum conferamus, a quo habemus, & ipſa, quæ conferimus: Et cum ait, *toto corde, tota anima, tota mente*, nullam vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat & quaſi locum dare, ut alia re velimus frui, ſed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit.

XLV. Præceptum amoris Dei ſpeciale eſt, & a cæteris diſtinctum, eique

que non satis fit per solam aliorum observationem. Sæc XVIII. A. C. 1716.

XLVI. Hæresis est & illusio perniciosissima, sentire statum esse, in quo sub obtentu cujusdam divini amoris, qui sit proprius vitæ, quam unitivam vocant, non debeat quis curare observationem Mandatorum Dei & Ecclesiæ, Sacramentorum perceptionem, orationem vocalem, jejunia, & alias carnis macerationes.

XLVII. Christianus toto vitæ decursu tenetur frequenter elicere actus fidei, spei & charitatis vi præceptorum ad eas virtutes pertinentium.

XLVIII. Non satisfit præcepto de dilectione proximi per solos actus externos, sed præterea tenemur eum diligere actu interno charitatis.

XLIX. Injuriarum condonatio & dilectio inimicorum non commendatur tantum, ut quid perfectius & per modum consilii, sed tanquam charitatis officium ad obtinendam vitam æternam necessarium præcipitur.

L. Extat in Evangelio præceptum correctionis fraternæ, quæ fieri debet secundum leges a Christo & ab Ecclesia præscriptas.

LI. Elemosynam in communi necessitate pauperum, ex superfluo, in extrema imo & gravi etiam ex necessariis, ero-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

erogare, non consilii tantum, sed & præcepti est.

LII. Evangelicum de Elemosyna præceptum evertunt, qui asserunt, in divitibus atque etiam in Principibus, vix superfluum reperiri, atque ideo vix illos ad Elemosynam dandam teneri.

De præceptis decalogi.

Primum præceptum.

LIII. Cultus latriæ, qui est proprie divinitati debita servitus, soli Deo vero exhibendus est.

LIV. Idololatriæ reus est, qui idolis aut cuicunque rei creatæ exteriorem latriæ cultum exhibet, nec ulla interna ad verum Deum intentionis directione excusari potest.

LV. Deiparam & Sanctos in cælis cum Christo regnantes invocare tanquam intercessores apud Deum per merita Christi, bonum & utile est, nec ejusmodi invocatio sine errore damnari potest.

LVI. Sanctos honoramus & colimus eo cultu dilectionis & Societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei: sed illos tanto devotius, quanto securius post certamina superata.

LVII. Sanctorum Martyrum & aliorum cum Christo viventium corpora, quæ

quæ viva membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda & glorificanda, fidelium veneratione digna sunt. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

LVIII. In sacris Christi & Sanctorum Imaginibus nulla est divinitas aut virtus, propter quam sint colendæ. Coram Imaginibus Christum adoramus, & sanctos veneramur; illasque honoramus propter prototypa, quorum nobis memoriam exhibent.

Præceptum secundum.

LIX. Etsi jusjurandum bonum sit & actus Religionis, ejus tamen frequentior usus minime tolerandus est, quod ut rectum sit, fieri debet *in justitia* ut non promittatur, quod nisi justum & honestum: *in veritate*, ut non asseratur nisi verum & certis argumentis compertum: *in judicio*, ut nonnisi ex necessitate juretur.

LX. Errant, qui asserunt eum, qui jurat sine animo jurandi, aut sine intentione se obligandi, non pejerare, nec jurisjurandi religione obstringi.

LXI. Reus est perjurii, qui jurat cum æquivocationibus & restrictionibus ad eludendam vim juramenti.

Tertium

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Tertium præceptum.

LXII. Quod ſpeciali Dei cultui certa tempora conſecrentur, juris eſt naturalis & divini. Diei Dominicæ obſervatio in memoriam & cultum Reſurrectionis Chriſti eſt Traditionis Apoſtolicæ.

LXIII. Diebus Dominicis & Feſtivis ab omni opere ſervili abſtinendum, ut Fideles liberius valeant ire ad Eccleſiam, Pſalmis & Hymnis & Canticis ſpiritualibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, ſacrificio intereſſe, memoriis Sanctorum communicare, eloquiis divinis intendere, lectioni ſcripturæ ſacræ operam dare & Elemoſynam indigentibus miniſtrare.

Quartum præceptum.

LXIV. Qui actu deliberato mortem parentis optat, licet eam non optet, ut malum parentis, ſed ut bonum cupientis, cui obventura eſt hæreditas, Parricidii coram Deo reus eſt.

LXV. Regibus aut aliis ſummis poteſtatibus tenentur ſubditi honorem & obſequium impendere, tributa ſolvere, fidelitatem ſervare: nec poſſunt adverſus illos ſub quocunque obtentu inſidias ſtruere, turbas vel ſeditiones movere, aut cum hoſtibus ſine graviſſimo perduellionis crimine ſocietatem inire.

LXVI.

LXVI. Execranda est & hæretica hæc Propositio a Generali Concilio Constantiensi jam pridem damnata: *Quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi* per quemcunque Vasalum suum vel subditum etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias vel adulationes, non obstante quocumque præstito juramento vel confœderatione factis cum eo, non expectata sententia, vel mandato judicis cujuscumque. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Quintum præceptum.

LXVII. Quisquis Calumniatorem, falsum Accusatorem, iniquum judicem, uxorem in adulterio deprehensam, aut quemvis alium sive ob injurias illatas, sive ob honoris aut rerum temporalium defensionem, aut alia quacunque de causa occiderit privata authoritate, homicidii reus est.

LXVIII. Cum periculum vitæ ab aggressore imminet, licitum est, seipsum defendere, modo id fiat sine intentione aggressorem occidendi.

LXIX. Abortum procurare quacunque de causa, sive fætus sit animatus, sive inanimis, homicidii scelus est.

LXX. Jure naturali & divino humanoque prohibitum est, ne quis duellum offerat, acceptetve, ut honori consu-

Sæc. XVIII A. C. 1716.

lat, aut timiditatis notam evitet, aut ulla quacunque de cauſſa.

Sextum præceptum.

LXXI. Fornicatio ſimplex per ſe mala eſt, jure naturali, & divino prohibita, ac peccatum mortale.

LXXII. Alterius uxorem, etiam conſentiente marito, polluere, adulterii crimen eſt.

LXXIII. Comœdiæ, aliaque hujusmodi ſpectacula merito vetita ſunt, iisque intereſſe peccatum eſt: idem judicandum de choreis, quæ vulgo *Balli* vocantur: cætera vero ſaltationum genera, periculoſa.

LXXIV. Comœdi, Hiſtriones, Mimi, Scenici, aliique id genus homines, qui profano amori, ceterisque pravis animi cupiditatibus excitandis aut fovendis inſerviunt, ab omni ſacrorum participatione merito arcentur.

LXXV. Scandali & gravis contra pudicitiam delicti reæ ſunt mulieres, quæ nudato pectore & immodeſto habitu ſeſe conſpiciendas exhibent præbentque incentiva vitiorum.

LXXVI. Picturæ & Imagines obſcenæ, libri amatorii, ſermones impudici, turpes cantilenæ tanquam incitamenta libidinis, ab omni Chriſtianorum uſu debent penitus amoveri.

LXXVII.

LXXVII. Cum ex Apoſtolo morte digni ſint non ſolum, qui ſcelera faciunt, ſed etiam qui ea facientibus conſentiunt, omnes cooperantes; aut adjuvantes, etiamſi hæc ea intentione præſtent, ut notabile detrimentum evitent; delictorum lethalium rei ſunt. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

LXXVIII. Ebrietas eſt ex natura ſua peccatum mortale; in eam incurritur, dum voluntaria potatione rationis lumen obruitur, vel etiam notabiliter perturbatur.

LXXIX. Comedere vel bibere aut alias ſenſuum delectationes quærere propter voluptatem, peccatum eſt.

Septimum præceptum.

LXXX. Rem alienam furto furripere, etiam in gravi neceſſitate, peccatum eſt.

LXXXI. Furti, rapinæ, peculatus, & aliorum contra juſtitiam delictorum rei, ſcilicet autores, juſſores, participes, receptatores, ſuaſores, non impedientes, ſi eis ex officio impedire incumbat, & quicunque conſenſu, approbatione, vel adulatione aut alia quavis ratione injuſtitiæ cooperantur, obligantur ad reſtitutionem; eo ſervato ordine, ut qui rem alienam detinent, primario, deinde juſſores, tum ceteri

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

in solidum faciendæ restitutionis lege teneantur.

LXXXII. Furti rei sunt famuli, qui heris suis bona surripiunt ad compensandam operam, quam mercede, de qua conventum est, majorem judicant.

LXXXIII. Tenetur sub pœna peccati mortalis ad restitutionem, qui notabilem aliquam summam per plura furta, quantumvis modica, surripuerit.

LXXXIV. Justitia contractuum emptionis & venditionis posita est in æqualitate pretii cum rei valore; quæ quidem æqualitas cum violatur, contrahitur obligatio restitutionis.

LXXXV. Valor cujusque rei, si non sit a lege vel auctoritate Principis aut Magistratus definitus, non est a cujusvis arbitrio repetendus, sed ex communi prudentum & proborum usu pro variis locorum ac temporum circumstantiis æstimandus. Qui rei pretium minuit præcise ob vendentis necessitatem, vel qui pretium auget præcise ob ementis necessitatem aut commodum, peccat, & restituere tenetur.

LXXXVI. Incantatores aliique ejusmodi deceptores, Magi, Astrologiam Judiciariam exercentes, Arioli, Conjectores, Lenones, & alii ex pessimis hujusmodi artibus lucrum captantes, jure servare non possunt bona his illicitis viis acquisita.

LXXXVII.

LXXXVII. Nunquam licet judicibus accipere munera a litigantibus, & si quæ acceperint, tenentur lege restitutionis. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

LXXXVIII. Magistratuum & virorum publicis rebus gerendis præfectorum famuli, Secretarii, aliique familiares domestici, qui pecuniam a clientibus exigunt pro præstando vel pro copia præstandi quod juris est, graviter peccant, & tenentur ad restitutionem, ad quam & ipsi tenentur heri, qui huic suorum injustitiæ Auctoritate, nutu vel assensu connivent.

LXXXIX. Qui gratia & auctoritate qua pollent apud Magnates, Magistratus, aliosve abutuntur ad quæstum, ut aliis dignitates, munia, honoris gradus vel aliqua officia procurent, peccant, & restitutionis lege tenentur.

XC. Si bonorum deperditarum Dominus non innotuerit post diligentem inquisitionem, ea sunt eroganda pauperibus, aut in alios pios usus convertenda; nec inventori nisi titulo paupertatis vindicanda, bona vero quæ habentur pro derelictis, secundum leges distribuenda.

XCI. Sive a pauperibus, quibus non solum mutuo dare, & sed etiam erogare sæpe præceptum est, sive a divitibus aliquid supra sortem exigere

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

vel intendere vi mutui ad certum in certumve tempus dati, usuræ crimen est, naturali, Divino & humano jure prohibitum.

XCII. Peccat contra justitiam, qui ex pecunia alteri tradita, aliquid ultra sortem exigit; nisi vel in perpetuum alienata fuerit vi contractus, vel adsit titulus justæ compensationis ratione lucri cessantis, aut damni emergentis ex bona fide, vel accedat contractus legitimæ societatis.

XCIII. Qui in contractu Societatis *capitale*, etiamsi absque consortis culpa perierit, salvum sibi fore pacisci tur, usuram committit sub simulato Societatis nomine.

XCIV. Vi trium (ut ajunt) contractuum, scilicet Societatis, assecurationis summæ principalis & venditionis majoris lucri incerti pro minori quod certum sit, lucrum exigere vel intendere, usura est.

XCV. Obligatio ad restituenda bona ex fænore comparata transit ad usurariorum hæredes.

XCVI. Peccat, quisquis ludis per leges vetitis dat operam, item qui aliis etiam ludis nimium insumit temporis, vel lucrum principaliter intendit, vel notabilem pecuniæ summam ludo apponit, peccat; & eo gravius, quo vel

est

est jactura temporis diuturnior, vel cupiditas lucri ardentior, vel summa pecuniæ ludo apposita major. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

XCVII. Gravissime peccant contra charitatem, & justitiam, qui libellos, unde aliorum fama notabiliter læditur, componunt, aut iis in vulgus spargendis allaborant, tenenturque in solidum famam aliorum inique violatam restituere, atque etiam amovere scandalum, quod ex his libellis adversus Rempublicam & religionem redundat.

Octavum præceptum.

XCVIII. Criminis rei a legitimo judice interrogati de facinore & complicibus secundum formam juris, tenentur veritatem confiteri.

XCIX. Qui schedulam, aut quodcumque aliud instrumentum amiserit, cujus defectu lite foret evincendus, falsum conficere, aut supponere non potest absque peccato.

C. Omne Mendacium, etiam illud quod officiosum appellatur, peccatum est.

CI. Usus æquivocationum & restrictionum mentalium, ut falsum insinuetur, mendacium est.

CII. Falsum est & impium dicere Prophetas, Angelos & Christum ipsum æquivocationibus & restrictionibus mentalibus usos fuisse.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

De præceptis Ecclesiæ.

CIII. Leges Ecclesiasticæ de abstinentia, de jejunio, de audiendo sacro, festivisque diebus observandis, & aliis Religionis officiis, obligant in Conscientia, etiam secluso contemptu & scandalo.

CIV. Jejunii Ecclesiastici lex in his potissimum consistit, in abstinentia a certo ciborum genere, in unica commestione seu refectione, quæ non fiat ante horam ab Ecclesia determinatam.

CV. Commestiunculam, quæ nunc fere ab omnibus additur, quæque de sola indulgentia est, talem esse oportet, quæ nec qualitate cibi vertatur in cænam, nec quantitate tollat rationem unicæ commestionis, quæ jejunii essentialis Pars est.

CVI. Liquorum potu extra commestionis horam, quem non necessitas provocat, læditur jejunii lex, atque imprimis jejunii finis a lege intentus.

De Beneficiis & Simonia.

CVII. Exigere, dare, accipere, aut promittere aliquid temporale pro Beneficio Ecclesiastico obtinendo, sive per modum pretii, sive per modum motivi, aut gratuitæ compensationis, simoniæ crimen est.

CVIII.

CVIII. Qui munus aliquod aut offi- Sæc. XVIII.
cium data pecunia aut alia re pre- A. C. 1716.
tio æstimabili sibi comparat, ea intentione, ut Beneficia obtineat, simoniacus est.

CIX. Sibi aut aliis quærere Beneficium Ecclesiasticum obsequiis, adulationibus, aut alio ambitus genere prorsus illicitum est.

CX. Qui officia Divina celebrant, aut horis Canonicis intersunt propter retributiones tanquam motivum principale, simoniæ labem incurrunt.

CXI. Simoniæ reus est, qui sub annua pensione beneficium alteri resignat, facta conventione expressa aut tacita, ut pensio illa redimatur.

CXII. Plura beneficia Ecclesiastica, ubi unum ad honestam sustentationem suffecerit, cuipiam conferri, aut a quoquam teneri, jure naturali, & positivo prohibetur, quod de quibusvis personis, aut de quibuscunque beneficiis sive in titulum sive in commendam intelligendum est. Idem dicendum de pensionibus Ecclesiasticis.

CXIII. Honestam Clericorum sustentationem definierunt sacri Canones nempe modestam suppellectilem, frugalem victum, & eam in omnibus simplicitatem, quæ vanitatum contemptum præ

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

se ferat, sitque modestiæ & humilitatis exemplum.

CXIV. Graviter peccat, qui Beneficium dat alicui Consanguineo aut affini ratione Consanguinitatis, aut affinitatis vel alio affectu humano.

CXV. Beneficia Ecclesiastica semper conferenda sunt dignioribus, seu ad illa magis idoneis, præsertim ubi annexa est animarum cura, sive in concursu sive extra concursum: qui secus fecerint, peccati gravis rei sunt.

CXVI. Qui pro se postulat Beneficium, cui est annexa animarum cura, ex ipsa præsumptione redditur indignus.

CXVII. Episcopi & Ecclesiarum Parochialium Rectores jure naturali, Divino & Ecclesiastico ad personalem in suis Ecclesiis residentiam adstringuntur.

CXVIII. Residentia non debet esse otiosa, sed exemplo, conversatione, verbo prædicationis, fructu Orationis, sacramentorum administratione, & Pastoralis Officii sollicitudine operosa atque utilis.

CXIX. Episcoporum translationes a sacris Canonibus prohibitæ sunt, nec fieri debent nisi id exigat necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas.

CXX. Redituum Ecclesiasticorum Clerici non sunt Domini, sed dispensatores.

CXXI.

CXXI. Peccati lethalis rei sunt, & restitutionis lege tenentur, qui Ecclesiæ reditus vel in ditandis Consanguineis vel in luxu, conviviis, aleis, aut in aliis profanis usibus insumunt. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

CXXII. Obligatio Clericorum, qui Beneficia duntaxat obtinent, quæ simplicium nomine appellantur, non sola continetur horarum canonicarum recitatione, sed ii insuper tenentur leges fundationum exequi, onera beneficii sustinere, jura defendere, & pro modo ac Facultate operam suam in Ecclesiæ utilitatem impendere.

CXXIII. Beneficiati, qui horas canonicas non recitant, tenentur ad restitutionem, etiam ante sententiam judicis.

De Votis.

CXXIV. Vota non obligant, nisi fiant cum plena libertate, & sufficienti deliberatione.

CXXV. Dispensatio aut commutatio in votis auctoritate Ecclesiæ concedi potest, ubi id, de quo votum fuit, evasit aut noxium, aut inutile, aut majoris boni impedimentum.

CXXVI. Vota solemnia & Professio Monastica sunt actus Religionis, eaque, ubi studiose servantur, ad fidei & pietatis ædificationem plurimum valent.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

CXXVII. Graviſſimi peccati rei ſunt parentes, qui ut familiam exonerent, aut e ſuis aliquos opibus augeant, filios aut filias metu, promiſſis, blanditiis aut perſonarum interpoſitarum ſuaſionibus, aut aliis artibus inducunt ad ſuſcipiendum Religionis habitum, & emittendam profeſſionem.

CXXVIII. Salutis periculum incurrent qui ingrediuntur in Monaſteria ubi vix ulla viget obſervantia diſciplinæ regularis.

CXXIX. Qui ſine legitima cauſſa ex ſtrictiori obſervantia, ad mitiorem tranſeunt, graviſſime peccant.

CXXX. Monachus & quivis vitam regularem profeſſus non poteſt tuta Conſcientia extra clauſtra aut religioſa loca habitare, nec depoſito habitu regulari inter fæculares converſari, niſi lex naturæ, vel Eccleſiæ utilitas id poſtulet.

CXXXI. Regulares tenentur religiose obſervare, quæ attinent ad votorum emiſſorum ſubſtantiam, necnon ad communem vitam, & veſtitum, non obſtante quavis conſuetudine contraria.

CXXXII. Nulli Regulari licet bonum aliquod cujuscumque qualitatis ſit, tanquam proprium, ſuo vel conventus, vel quaſi conventus nomine poſſidere vel tenere.

ARTI-

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

ARTICULI.

De ſuprema Regum auctoritate, deque ipſorum & Regni ſecuritate, atque incolumitate.

I. Regia poteſtas eſt a Deo immediate, & ab eo ſolo dependet.

II. Reges Chriſtianiſſimi nullum omnino agnoſcunt nec habent in temporalibus ſuperiorem præter Deum.

III. Neque ſummus Pontifex, neque Eccleſia ullam habent directam aut indirectam auctoritatem in temporalia Regum, neque horum ſubditos ob quamcunque cauſſam poſſunt abſolvere a ſacramento fidelitatis.

IV. Regibus aut aliis ſummis poteſtatibus tenentur ſubditi honorem & obſequium impendere, ac tributa ſolvere, nec poſſunt adverſus eos ſub quocumque prætextu inſidias ſtruere, turbas vel ſeditiones movere, aut cum hoſtibus ſine graviſſimo perduellionis crimine ſocietatem inire, nedum adverſus eorum vitam & incolumitatem (quod dictu horrendum) quidquam moliri aut meditari.

V. Subditi ſub nullo obtentu excommunicari poſſunt ob debitum in ſuos Reges obſequium.

VI.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

VI. Reges, Principes, Magistratus non possunt excommunicari propter suæ Jurisdictionis exercitium.

Hos articulos Facultas die primi Decembris in publicis comitiis prælegi & cuilibet Doctori eorum transumptum tradi jussit, ut suam quisque desuper sententiam diceret: tandem anno sequenti die decima quinta julii eadem Facultas ex consensu centum viginti octo Magistrorum hos articulos pro suis agnovit, & die secunda Augusti typo mandatos confirmavit.

§. LIX.

Literarum Apostolicarum fata & successus.

Dorsann. l. c.

Postquam die sexta Decembris Epistola S. Collegii ad Cardinalem Noaillium unacum literis ad Episcopos Acceptantes & ad Facultatem Parisiensem in Galliis advenerant, Quesnelli fautores toti in eo erant, ut harum successum, atque expeditionem prærepedirent: Horum ergo impulsu die decima sexta ejusdem Mensis præprimis Parisiense Parlamentum, & ad ejus exemplum illud Normaniæ, Burgundicum, Metense, Tolosanum, Britannicum, aliaque Parlamenta, editis decretis prohibuerunt, ne Episcopi ullos

Pos-

Pontificum literas vel Bullas recipe- Sæc. XVIII.
rent, nisi prius Regio *Placeto* munitæ A. C. 1716.
forent, *hic enim usus*, inquiebant, *cum ipso Gallicæ Monarchiæ exordio adolevit, & fundatur in auctoritate Regia, cujus exempla de sæculo in sæculum in Historia occurrunt, & ex primitivæ Ecclesiæ regimine tanquam pretiosum depositum ad nos pervenit.* Insuper Cleri Procuratores die duodecima Decembris encyclicam ad omnes Regni Episcopos epistolam transmiserunt, Aurelianensis Ducis nomine significantes, quod sparso rumore, Pontificis literas ad omnes Regni Præsules esse mittendas, nullus sine expressa Ducis licentia ullas Pontificis literas recipere audeat, sed si quovis modo ejusmodi literæ ad eos pervenerint, mox quivis illas ad præfatum Ducem remittat, quin earum transumptum fieri permittat. Huic mandato Aquensis, & Narbonensis Archiepiscopi, atque Episcoporum nonnulli majore, quam par esse videbatur, sedulitate obtemperabant, & Pontificis epistolam, cujus plura transumpta Cardinalis Pauluccius ad Episcopos transmiserat, nequidem rupto Sigillo ad Ducem Aurelianensem remisere. Rhemensis Archiepiscopus idem quidem fecerat, addidit tamen epistolam ad Cardinales, ceterosque Præsules Parisiis congrega-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

gregatos, in qua acrius in Opponentes Episcopos invectus, eos appellavit hæreticos, simulque Papæ epistolam integra fide descriptam typis imprimi, eamque ad suæ Diœcesis Episcopos & Parochos transmitti curavit. Pariter Cardinalis Rohanius illam cunctis Præsulibus ad se venientibus communicabat: Ipsemet Dux Regni Regens debita veneratione Pontificis literas ad se directas recepit, sacri tamen Collegii epistolam Noaillio tradere, spectata rerum vicissitudine minus consultum censebat, pollicebatur tamen, se eidem illam quoque consignaturum, quamprimum optati successus spes affulgeret, quæ tamen admodum exigua esse videbatur, aucto indies magis opponentium numero & audacia; quippe Aniarenis, & Gisensis Parochi, necnon Desessartius cunctas Parisinæ Diœcesis Parochias pervagati, Parochos sollicitabant, ut epistolam quamdam suo chirographo munirent, in qua Cardinalem Noaillium ad recusandam Constitutionis acceptationem hortabantur. Hanc Parochorum epistolam, necnon Rhemensis Archiepiscopi literas Uxellius Marescallus die decima nona Decembris ad Regni Regentem detulit, petens, ut utraque hæc epistola supprimeretur: Hic vero totum hoc negotium com-

commisit Parlamento, quod tamen, quid de Rhemensi statueret, in ancipiti hærebat; ejus enim epistolam supprimere, nimis levem esse pœnam arbitrabatur, in ejus vero personam sævire, eo non audito, nec obtento Ducis mandato haud licuit: Per latus ergo hunc Archiepiscopum petere, decretum: peropportunam ad hoc occasionem præbuere, ut paulo ante memoravimus, non modo Facultatis Theologicæ Doctores, sed etiam tres Ecclesiæ Metropolitanæ Canonici & totidem Parochi, qui a sui Archiepiscopi mandato appellarunt, ac propterea per Officialis sententiam anathemate perculsi sunt; Quamvis vero Ludovicus XV. Rex hanc caussam ad suam Curiam evocasset, nihilominus Cathedrale Capitulum & Facultas Theologica palam declararunt, se nunquam recepisse Constitutionem, ejusque acceptationem fuisse nullam: Insuper Archiepiscopi decretum, quo die decima quinta Octobris infamem libellum, cui titulus: *Testimonium veritatis*, proscripsit, necnon sententiam excommunicationis in duodecim Canonicos dissidii Auctores latam recipere detrectarunt, ab ea tanquam *ab abusu* die decima quarta Novembris ad Parlamentum provocantes: Illud vero Archiepiscopi epistolam & man-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

mandatum tanquam toti Episcoporum Ordini, Magistratibus, Universitati & Facultati Parisinæ injuriosum præscripsit, ejusque sententiam esse merum jurisdictionis abusum declaravit. Juxta hanc Parlamenti decisionem octodecim illi Rhemenses Ecclesiastici, quamvis excommunicati & suspensi essent, publice tamen Divina celebrarunt Mysteria, non sine magna fidelium offensione, & Regulares ad S. Genofevam sum Seminaristas incitabant, ut Archiepiscopi Superioris sui auctoritatem pe lam vilipenderent: quocirca Archipræsul eis præfati Seminarii regimen ademit: Pontifex vero Pietro Francisco Lafiteau tum Romæ agenti injunxit, ut datis literis suo nomine contra Parlamentorum rationes Regenti significaret, quod I. nulla Constitutio dogmatica a primis Gallicæ Monarchiæ auspiciis usque ad Ludovici XIV. Regimen fuerit Regiis literis munita, nec Parlamenti actis inserta, sed primum Bulla Alexandri VII. qua Formularium subscribi præcipiebatur, die vigesima nona Aprilis Anno 1665. ad Parlamenti tabulas relata fuerit. II. Quod nullus Franciæ Rex usque ad Ludovicum XIV. pro publicandis & exequendis Pontificum Bullis dogmaticis declarationem aliquam ediderit, sed solus & primus Rex

Rex præfatus die quarta Julii An. 1653. ejusmodi declaratione Innocentii X. Bullam contra quinque Janſenii propoſitiones promulgari & obſervari mandarit. III. Quod nullum reſcriptum Apoſtolicum usque ad decimum quartum ſæculum in Regno fuerit prohibitum, ſed omnes literæ & reſcripta Pontificia in Galliis usque ad diſſenſionem inter Boniſacium VIII. & Philippum Pulchrum exortam libere fuerint executioni data, & primum præfatus Rex *Expeditiones*, *literas*, *Proceſſus*, *& Scripturas* (nunquam tamen Bullas dogmaticas) in Regnum invehi inhibuerit: Hæ rationes apud Sereniſſimum Regni Regentem tantum valuere, ut Pontificem jure commotum placaturus, Concilium Epiſcoporum, de quo Pariſiis celebrando agebatur, præpediret, non ſine maximo ſummi Pontificis gaudio.

Sæc. XVIII. A C. 1716.

§. LX.

Noaillii Cardinalis ſeveritas contra Jeſuitas.

Haud ignorabat Cardinalis Noaillius, quod Jeſuitæ tam Romæ quam in Galliis Conſtitutionis cauſſam, & Epiſcoporum Acceptantium Zelum ore & calamo firmarent, Papam contra re-

Dorſann. Journal. pag. 238. Kettel. Dec. VI. pag. 819.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

fractarios concitarent, variisque sen-
ptis Noaillii, ceterorumque Opponentium
consilia & Quesneliſtarum artes dis-
pare, atque evertere niterentur, inde
ergo tumultus & diſſidia inter Epiſco-
pos acrius inflammari ratus, contra
eos vindictam pœnamque parabat: Igi-
tur die vigeſima Novembris anni pro-
ris omnibus Jeſuitis facultatem Confe-
ſiones excipiendi, & Verbum Dei prædi-
dicandi ademit, & duntaxat pro se
Jeſuitis in Collegio S. Ludovici, &
quatuor in eorum Collegio ac denique
duobus in domo Novitiatus usque ad
diem decimam quintam Auguſti hujus
anni præfatam facultatem prorogavit.
Ea ſeveritas non paucos Societati ad-
dictos plurimum afflixit, qui apud Noail-
lium pro eis deprecantium partes ſu-
ſcipiebant: Verum Cardinalis flecti ne-
ſcius, his animo irato & percito repo-
ſuit: *Jeſuitæ in Eccleſia diſſenſionum ignem*
ſubjecere, ovesque contra Paſtorem con-
tarunt, diſſidia inter Epiſcopos fovere
& depravatæ doctrinæ aperti fuere Patroni.
Ut quis eorum odium incurrat, ſufficit, si
eorum doctrinas impugnet. Id eis ſit
ſexaginta abhinc annis crimini datum, &
nunquam errores, qui eis imputantur, ſu-
cere abjecerunt, ſi ergo concionandi & con-
feſſiones excipiendi facultatem ſibi concedi
petunt, prius ea animi alacritate, qua Ec-
cleſiam

cleſiam proſciderunt, illam unire ſtudeant, Parisiis amoveant Patres Doulcinum & Danielem, aliosque, qui diſſenſionum faces in Societates & monaſteria circumtulerunt, eodemque Zelo, quo contra Janſenismum, etiam contra depravatas ſuas doctrinas exardeſcant, palamque declarent, quod in adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramento præcepta D. Caroli Borromæi ſequi vellent &c. Ut has conditiones adimplendi, & mala Eccleſiæ illata reparandi tempus nanciſcantur, Menſem Auguſtum tanquam inducias præſtitui, ne, ſi ſecus faxint, omnes & ſingulos a Sacro hoc miniſterio amovere cogar &c. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Cum ergo Jeſuitæ Noaillio nondum ſatisfeciſſent, hic die decima ſeptima Auguſti Abbatem, quem a ſecretis habuit, ad præfata tria Collegia ablegavit, ut eorum Superioribus ſignificaret, facultatis, quam hiſce duodecim Jeſuitis Menſe Novembri dediſſet, expiraſſe, nec eam ultra prorogatum iri: Novum etiam moleſtiæ argumentum ſuppeditabant Noaillio Toloſanæ literæ, quibus PP. Prædicatores a *Conſcientiæ* Tribunali, cui præerat Noaillius, fundationem a R. P. Cloche Dominicanorum Magiſtro factam confirmari petebant pro duobus ejusdem Ordinis Profeſſoribus, ſcilicet Theologiæ Scholaſticæ & Theologiæ moralis. Hanc

Lafiteau Hiſt. Conſt. pag. 253.

Sæc. XVIII A. C. 1716. fundationem Noaillius confirmabat, & Jesuitis, ex quibus duo Theologiam, & unus Philosophiam, aliusque Mathesin publice in hac Universitate profitebantur, duas Cathedras adimebat, eis relicta duntaxat una pro Theologia & altera pro Facultate artium. Huic sententiæ sese opponebant nonnulli. Burdegalensis tamen Archiepiscopus oppositit, quod Jesuitæ sua potentia & auctoritate abusi, tres Regias Theologiæ Cathedras ferme ad nihilum redegissent, eoquod Magistros ad docendum ineptos promoveri curarint, ut omnes juvenes ad suas Scholas pertraherent. Ea ratio apud eos, qui Jesuitis minus propensi erant, tantum valuit, ut in ipso Regio Senatu novem Senatores contra Jesuitas suffragia ferrent, faventibus duntaxat quinque. Hæc plaga nimis luculenta videbatur, ut Jesuitæ eam taciti concoquere possent: Remedium igitur quæsituri, totam vexationum seriem Bentivoglio Pontificis Nuntio queruli exponebant, qui etiam desuper literas ad Papam dedit.

§. LXI.

Noaillii Cardinalis indignatio contra P. Ferté Jesuitam.

Pro-

Proximæ reconciliationis spem penitus interciderat novus eventus, qui Cardinali Noaillio rursus de Jesuitis querulandi argumentum præbuit. Designabatur Pater Ferté Jesuita, ut in proximo festo SS. Omnium hoc anno coram Rege sermonem haberet: cum autem concionandi facultas eidem data jam Mense Augusto expirasset, & nec ipse, nec ejus Superiores pro innovanda hac facultate Noaillium Cardinalem supplices adiissent, ac insuper Jesuitæ improvido plausu, præstituto die hunc Patrem in Lupara concionaturum in vulgus spargerent, Noaillius Cardinalis hoc rumore excitatus, Regni Regentem adiit, eidemque justæ suæ oppositionis rationes exposuit, quas etiam hic omnino æquas esse censuit, pollicitus, se desuper Argentinam literas ad Rohanium Cardinalem daturum. Cum vero nullum ab eo reciperetur responsum, & tempus Concioni habendæ appropinquaret, Couturierus Abbas a Noaillio pro sermone habendo nominatus, a Regni Regente acceptabatur: Aulici vero Patrem Ferté designari petebant: ipse etiam Rohanius Princeps die trigesima prima Octobris ad præfatum Patrem rescripsit, sibi a Sereniſſimo Regente injunctum, ut ei significaret, quatenus ipse crastina die Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

coram Rege peroraret. Hoc igitur mandato tutus Pater Ferté, eadem die ſuum habuit ſermonem. Ea res tantopere commovit Noaillium, ut mox ad Regentem has daret literas.

„Tantopere Eccleſiæ leges, & officii mei dignitas ac jura ſermone, „quem Pater Ferte canonica facultate „deſtitutus palam habuit, ſunt violata, „ut in eum animadvertendi neceſſitas „mihi ſit impoſita. Tantam tamen ve„nerationem erga Sereniſſimum D. Re„gentem profiteor, ut eo inſcio quic„quam hac in re aggredi nolim: hinc „ſupplico, æqui bonique conſulat, ut in „caſu tam inſolito, & majoris mali „præſago muneris mei partes exequar: „Si enim duntaxat de vilipenſione in„me redundante ageretur, diſſimula„rem, characteri tamen meo, & juris„dictioni injuriam tot indignis modis „illatam itidem tolerare, haud licet: „Magis adhuc hac in re meum animi „dolorem auget, quod concordiam tan„topere exoptatam hoc auſu magis dif„ficilem reddi proſpiciam; absdubio e„nim Rohanius Cardinalis hunc Con„cionatorem proteget, unde nova inter„nos diſſenſionum ſemina, & Jeſuitæ „hoc patrocinio elati, & concordiæ „conſtanter adverſantes, eo fortius re„conciliationis viam obſtruent: nec

„ta-

„tamen de hoc impræsentiarum agere Sæc. XVIII.
„volo, unice supplex rogo, ut in fatali A.C. 1716.
„hac rerum vicissitudine meo satisfa-
„cere muneri permittar, &c.„ Acceptis hisce literis Regni Regens annuit, ut Noaillius, quicquid ad jurium suorum conservationem conferre censuerit, exequeretur, atque in P. Ferte, ejusque Socios animadverteret; insuper Noaillio pollicitus est, se non permissurum, ut P. Ferte proximo Adventus Dominici tempore, vel alius Jesuita quovis tempore coram Rege, quin obtentam facultatem exhiberet, concionaretur: Dum Noaillius Aurelianensem Ducem suis votis adeo propensum experiebatur, illum quoque rogabat, ut tam pro se, quam pro novo Rege Confessarium seligeret, qui nec Jesuita, nec Jansenista, nec Ultramontanis sententiis addictus esset: Ad hujus igitur suasionem Dux in Regium Confessarium nominabat Claudium Abbatem Fleury: Noaillius vero die duodecima Novembris Parisiensis Provinciæ Provinciali per sui Vicarii Generalis Officialem significavit, quod omnibus & singulis Jesuitis prædicandi & Confessiones excipiendi facultas per totam Diæcesin sit adempta, & solus Regens, Franciæ, & Angliæ Reginæ sibi e Societate PP. Trivoltium, Limierum, &

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Gaillardum seligere possent. Nondum tamen plene sedata erat plurimorum indignatio contra P. Ferte, ejusque sermonem; quippe die septima Novembris Parisienses Parochi, & tertia post die Capitulum Cathedrale ad B. V. & die duodecima ejusdem Mensis Sorbonenses Doctores Cardinalem Noaillium accessere, supplices, ut hujus Concionatoris attentatum haud impunitum relinqueret, quibus tamen Cardinalis respondit, jam satis delictum esse expiatum tam revocatis prædicandi facultatibus, quam Jesuitis a Regii Confessarii & Concionatoris munere in perpetuum exclusis. Hæc Noaillii severitas tam grata accidit Facultati Theologicæ, ut die decima octava Novembris solita haberet comitia, atque in iis Noaillio grates esse agendas decerneret, exponente Syndico, quod cum Facultatis inimici toto studio semper hucusque laborarint, ut Facultas Episcopatus juribus opprimendis intenta crederetur, nunc vero, quoniam sincerum suum Zelum pro Episcoporum auctoritate eis demonstrandi opportuna eidem offerretur occasio, hinc Facultas decreverit, ut biduo post sex antiquiores Doctores unacum aliis centum Cardinalem Noaillium accederent, læsamque ejus auctoritatem vindicandi studium

ſtudium eidem teſtatum redderent. Sæc. XVIII.
Tot vexationum procellis obruti Jeſuitæ, quid in tanta rerum perturbatione agerent, ſuſpenſi hærebant: quapropter trium Collegiorum Pariſienſium Superiores unacum Patre Turnemine Jeſuita ad Archiepiſcopale Palatium acceſſere, ſciſcitantes, quid demum Cardinalis Noaillius decernere vellet circa ſermones Dominicales, quos in Collegio & Eccleſia ad S. Ludovicum, & in S. Novitiatu, pro feſto B. Franciſci Regis haberi conſueviſſent. Ad hæc Noaillius Jeſuitis ſignificari juſſit, ſtandum eſſe revocationi jam die duodecima Novembris factæ, & niſi debitam ſubordinationem monſtraturi eſſent, vel ulterius diſſenſionem in Eccleſia fovere pergerent, ſeveriora remedia Noaillio præſto fore, eorumque Eccleſias occludendi jus ſibi integrum ſervari. Verum hoc Cardinalis reſponſum Bentivoglio Pontificis Nuntio tantopere diſplicuit, ut non modo querulis literis rurſus Papam fatigaret, ſed inſuper e Francia Romam ſecedere decerneret, ſæpius exclamare auditus, quod in Galliis haud ultra morari poſſet, eoquod ſinceritas, religio, probitas, & ſana fides unacum Rege defuncto expiraſſet: Pontifex etiam Jeſuitas conſolaturus eisdem promiſit, brevi A. C. 1716.

Sæc. XVII. A. C. 1716.

brevi publicos Beatorum honores Venerabili Bellarmino Cardinali decernendos, ut saltem hac ratione *illi, qui tam indigne vilipenderentur in terris, honorarentur in cælis.*

§. LXII.

Summi Pontificis querelæ apud Regni Regentem contra quoddam decretum.

Clem. XI. pag. 2142.

Præterea Noaillius Cardinalis erga summum Pontificem, quem contra se a Jesuitis acrius irritatum suspicabatur, minus propensum fovebat animum; Ut vero a Pontificis ira tutum se redderet, simulque eidem per latus molestiam inferret, Conscientiæ Senatus, in quo ipse Præsidis partes agebat, auctoritate usus, ad præfatum Senatum omnes Ecclesiasticorum causas novo edicto evocari adlaboravit: Hoc comperto Pontifex, cum Ecclesiæ libertatem penitus everti crederet, die prima Maij ad Philippum Regni Rectorem querulas hasce dedit literas:

„Quartus jam labitur mensis, ex „quo inaudivimus editam isthic fuisse „sub nomine chariſſimi in Christo Filii „Nostri Ludovici Francorum Regis Chri„stianissimi, ordinationem quamdam „pro norma consilii, quod *Conscientiæ* „vocant,

„vocant, obſervandam, qua Eccleſiæ Sæc. XVIII.
„libertatem ac jura non modo lædi, A. C. 1716.
„ſed pene funditus everti, rumor ipſe
„publicus ad Nos attulit. Pervenit
„paulo poſt ad manus noſtras ejusmodi
„Ordinationis exemplum, illudque re-
„vera adeo iis, quæ fama vulgaverat,
„conſonum deprehendimus, ut ægre
„adduci potuerimus ad credendum,
„ipſam Ordinationem veram eſſe, nec
„levis animo noſtro inhæſerit ſuſpicio
„potuiſſe illam a turbulentis, ac male
„cordatis hominibus ſubdole effingi,
„ad conflandam novo Regimini invi-
„diam, ac imminuendam eorum lau-
„dem, quæ a Te pro ſalubri, rectaque
„iſtius florentiſſimi Regni adminiſtra-
„tione conſtituta fuerunt. Verum cum
„non ſine graviſſimo animi noſtri dolore
„ſatis jam, ſuperque certi facti fueri-
„mus, non modo præfatam Ordinatio-
„nem vere promulgatam fuiſſe, ſed e-
„tiam ex illius præſcripto occurrentia
„negotia nunc diſcuti in memorato con-
„ſilio *Conſcientiæ*, atque inde ad aliud
„generale Conſilium Regiminis deferri:
„tacere amplius non poſſumus, niſi
„muneri noſtro turpiter deeſſe, ne-
„glectique graviter apud æternum Ju-
„dicem Paſtoralis officii rei eſſe veli-
„mus. Quomodo enim tacebimus, ubi
„in eadem ordinatione perſpicimus,
„dis-

Sæc. XVIII. A. C. 1716. „disjectis plane ac penitus revulsis ter-
„minis illis, quos inter spiritualem &
„sæcularem potestatem divino nutu po-
„fuerunt Patres nostri, præfato con-
„silio Conscientiæ inter cætera attri-
„bui, ut generatim, ac universe præ-
„scribat Regulas, quas ab eo postulari
„contigerit in iis, quæ ad disciplinam
„Ecclesiasticam, Sacramentorum ad-
„ministrationem, divinique cultus, ac
„servitii decorem pertinere noscuntur?
„Ut absque ullo discrimine cognoscere
„valeat de querelis Diæcesium, quæ
„ab Episcopis, Capitulis, seu aliis com-
„munitatibus tam sæcularibus, quam
„regularibus, aliisque privatis ad illud
„deferuntur super negotiis Ecclesiasti-
„cis? ut illis sibi liceat se immiscere
„quæstionibus, quæ de rebus ad reli-
„gionem spectantibus in Universitatibus,
„ac potissimum in Facultatibus sacræ
„Theologiæ quandoque excitantur? ut
„novas insuper institutiones, seu re-
„formationes in Monasteriis introdu-
„cendas, ac tam veteres, quam recen-
„tes illorum Constitutiones, necnon
„leges, seu ordinationes quascunque,
„quæ pro Regularibus Ordinibus seu
„pro communitatibus sæcularibus pro-
„ponentur iis, quæ religionem, & di-
„sciplinam Regularem, & Monasteria
„ejusmodi domorum respiciunt, expen-
„dere

„dere valeat? Quis jam non videt his, Sæc. XVIII.
„& aliis pluribus, quæ in præfata or- A. C. 1716.
„dinatione continentur, Sedis Apoſto-
„licæ jura perturbari, Eccleſiaſticam
„libertatem everti, Epiſcoporum au-
„ctoritatem peſſumdari, leges demum,
„ac Regulas a ſæculari poteſtate præ-
„ſcribi Divinæ inſtitutioni penitus ad-
„verſantes? quis non videt, ſi hæc
„diutius diſſimulari contingeret, quæ-
„nam inde antiquæ diſciplinæ deſor-
„matio, & ruina, quænam recti Ordi-
„nis perturbatio, quænam demum ſa-
„crarum & profanarum rerum contur-
„batio ſecutura eſſet non tantum in Gal-
„lia, ſed in omnibus aliis Chriſtiani Or-
„bis Provinciis, manante indies latius
„ubique gentium exempli auctoritate?
„Ad te proinde voces & vota noſtra
„convertimus, dilectiſſime in Chriſto
„Fili noſter, cui inclyti iſtius Regni per
„minorem Regis ætatem adminiſtrandi
„cura commiſſa eſt, intimo Te paterni
„noſtri cordis affectu, ac in viſceribus
„Chriſti Jeſu rogantes, & obſecrantes,
„imo & tanquam Deo adhortante per
„Nos, requirentes & ſerio admonentes,
„ut poſthabitis eorum conſiliis, qui ter-
„rena tantum ſapiunt, ac tum maxime
„ſe Reipublicæ quæſtum feciſſe putant,
„cum aliquid Eccleſiæ detraxerint, in-
„noxio ejusmodi Regis nomini irroga-
„tam

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„tam maculam omnino deleas, nec fi-
„nas ejusmodi nomen diutius Ordina-
„tioni illi præfixum legi, qua præci-
„pua ejusdem Regni fundamenta, quæ
„in rerum sacrarum reverentia, & in
„Ecclesiæ auctoritate, juribusque tue-
„dis posita sunt, convelluntur. Nonne
„optime nosti, quod Regius puer, ubi
„Regni gubernacula susceperus erit,
„solemni sacramento polliceri Deo de-
„bebit, se Divinæ ejus gloriæ omni ope
„& studio inserviturum, sanctæque suæ
„Ecclesiæ, ac illius Ministrorum Privi-
„legia, libertatem ac jura conservatu-
„rum. Nonne itidem nosti, quod ipse
„suorum more majorum, inter tot præ-
„claros Regiæ Majestatis titulos, eum
„inter primos, ac pretiosores habebit,
„quo ejusdem Ecclesiæ Protectorem,
„ac vindicem compellari se audiet? Ne
„igitur patiaris illum Regni sui primor-
„dia a sacrarum ipsius Ecclesiæ legum
„violatione auspicari, in quibus scilicet
„nihil magis obvium, atque frequen-
„tius sancitum reperitur, quam quod
„ii, quibus tantum humanis rebus,
„non Divinis præesse permissum est,
„nequaquam de illis, per quos Divina
„ministrantur, judicare præsumant;
„Sacerdotibus enim, ut sacri Canones
„loquuntur, voluit Deus, quæ Eccle-
„siæ disponenda sunt, concredere, non
„sæculi

„fæculi poteſtatibus, quibus cum nulla Sæc. XVIII.
„in iis, quæ ſpiritualia ſunt, attributa A. C. 1716.
„ſit Facultas, diſcere eis in his conve-
„nit, non docere: ſanctis veterum Pa-
„trum regulis ubique clamantibus nihil
„ad fæculi Principes in Eccleſiaſticis
„negotiis, præter reverentiam, per-
„tinere. Audi, Fili dilectiſſime, vo-
„ces Eccleſiæ: Audi voces noſtras;
„quin imo audi voces Chriſti ore Te
„noſtro alloquentis; quippe, qui ad
„Eccleſiæ Præpoſitos dixit: *Qui vos*
„*audit, me audit*, ſuſcipe verba Patris
„tui amantiſſimi non quærentis, quæ
„ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, ac de
„tua vera felicitate, hoc eſt, de tua
„imprimis æterna ſalute ſummopere ſo-
„liciti. Conſule honori tuo, honori
„Regis, honori Eccleſiæ, ac ne ſupra
„Epiſcopale faſtigium, imo & ſupra
„ſanctam hanc Sedem erigat ſe fæcu-
„lare Tribunal, ordinationem ſupra-
„dictam, & quidquid ejus occaſione ad-
„verſus Eccleſiæ libertatem & jura
„actum, geſtumque hactenus fuit, cor-
„rigi & emendari quamprimum cura:
„ſupernam Dei opem, tibi non minus
„quam Regi ipſi, ac Regno usquequa-
„que propitiam, uberem nobis & con-
„ſacerdotibus noſtris gaudii materiam,
„ingentem denique nomini tuo pietatis
„& Religionis laudem comparaturus.

Sæc. XVII. A. C. 1716.

„Id porro, ut juxta datam tibi a Domino Sapientiam alacrius exequi valeas, „scire Te volumus, quæcunque in eadem Ordinatione sive sanctæ Dei Ecclesiæ, sive Apostolicæ Sedis rationibus quovis modo officiunt, seu officere possunt, per se manifesto irrita & inania esse, nulliusque roboris ab initio fuisse, ac perpetuo fore, prout Nos illa, quatenus opus sit, cum omnibus inde secutis & quandocunque secuturis auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus.„

§. LXIII.

Quesnelli querelæ contra Joannem Claudium Pictaviensem Episcopum.

Lettre du P. Quesnell. a l'Eveque de Poitiers. Prop. damn. LXXIX. LXXX. & seqq.

Hoc item anno die decima nona Januarii Joannes Claudius Pictaviensis Episcopus mandatum Pastorale edidit, in quo contra P. Quesnellum, quem *Novatorem* nominabat, ejusque propositiones damnatas de promiscua lectione S. Scripturæ suo Clero & commisso gregi interdixit, vetuitque, ne hasce propositiones per Constitutionem *Unigenitus* proscriptas innovarent, eoquod ad evertendam fidelium submissionem erga legitimæ potestatis auctoritatem hac in re debitam colliment, & hæreticorum

ticorum ſuo privato Spiritui confiden- Sæc. XVIII.
tium erroribus faveant. Addidit idem A. C. 1716.
Epiſcopus in ſuo mandato, quod S. Scripturæ lectio omnibus utriusque ſexus fidelibus ſit utiliſſima, ſi recti illius uſus capaces & ad ſuorum Paſtorum conſilia dociles ſint, & S. Scripturam cum deſiderio proficiendi in ſpiritu humilitatis, ac dependenter a legitimorum Superiorum judicio legant. Hortabatur quidem fideles ad hanc S. Lectionem, improbavit tamen circa hoc argumentum Quesnelli doctrinam, cujus expreſſiones duo Concionatores in ſuis ſermonibus imitabantur, ſcilicet, quod omni Perſonarum generi (nequidem excipiendo rudes, in fide titubantes &c.) ſtudere myſteria S. Scripturæ, promiſcue utile ac neceſſarium ſit, & quod illius lectionem in quibusdam circumſtantiis interdicere, Legitimis ſuperioribus non competat. Hanc *Vid. ſupra* in rem Epiſcopus attulit, verba S. Pe- *t. 60. l. 216.* tri in Epiſt. II. cap 3 v. 16. & S. Hie- *pag. 607.* ronymi Dialogo I. contra Pelag.

Quamprimum Quesnellus hoc Epiſcopi mandatum palam in Eccleſia promulgatum compererat, mox graviter, atque injuſte ſe læſum arbitratus, die duodecima Martii peracres literas ad præfatum hunc Epiſcopum dedit, in quibus ſe tanquam *Novatorem* traduci

Sæc. XVIII. A. C. 1716. questus, hac agendi ratione suam XCIX. Propositionem verificari dixit, scilicet, quod *Pervicacia, præventio, obstinatio ejus, qui aliquid examinare, aut se fuisse deceptum agnoscere non vult, mutent quotidie quoad multos in odorem mortis id, quod Deus in Ecclesia sua posuit, ut in ea esset odor vitæ* &c. Postea cum eodem Episcopo expostulabat, quod ipsum accusarit, perinde acsi submissionem Pastoribus legitimis debitam ex fidelium cordibus, eliminare intendisset, cum tamen suas reflexiones Pastorum seu Episcoporum judicio submiserit, & Noaillii ac Vintarti tam celebrium Episcoporum, quos etiam indirecte accusare de eliminanda debita submissione nefas foret, approbationem retulerit. Cum autem Quesnellus probe prospiceret, sibi opponi posse, quod Noaillius suam approbationem revocaverit, reposuit, id Noaillium fecisse tempore concitati motus, & quidem perperam, cum potius sequi debuisset exemplum Patrum Concilii XIV. & XV. Toletani, qui contra Benedicti II. Papæ, suorumque Theologorum censuram S. Juliani Archiepiscopi Toletani librum propugnarunt, dicentes: *Nos non erravimus, sed illi, qui librum nostrum minus sedulo pervolventes decepti fuerunt.* Quod autem ipsemet eos, qui S. Scripturas legunt, de

dispo-

dispositionibus ab Ecclesia requisitis monuerit, probabat ex Præfatione sua ad Tom. Part. XXIV. & XXV. ubi ait: *ad Dei lumen & Ecclesiæ auctoritatem pro vera S. Scripturæ intelligentia recurrendum esse* & Pag. 21. talis lectio fieri debeat *cum reverentia, docilitate, humilitate, submissione & simplicitate fidei . . . .* non sicut *hæretici, qui dum ex seipsis & independenter a traditione & Ecclesiæ judicio S. Scripturam interpretari aggressi sunt, eam in sensu falso & S. Spiritui contrario interpretati sunt.* Hanc in rem plura adhuc loca ex suis Reflexionibus protulit, indeque intulit, quod hic Episcopus nunquam hunc reflexionum librum viderit, aut nonnisi suorum hostium oculis inspexerit, aut quod ipsum injuste accusarit, perinde acsi dispositiones ad utilem S. Scripturæ lectionem ab Ecclesia requisitas omisisset. Dein Episcopum redarguit, quod a vero sensu Propositionis LXXIX. aberraverit, cum ipse eam his verbis reddiderit, *utilis & cujuslibet status & conditionis Personis, id est sine exceptione eorum, qui idiotæ, leves & in fide fluctuantes sunt, necessaria est promiscua lectio S. Scripturæ,* ipse vero (Quesnellus) duntaxat dixerit: *omni tempore, & loco, & omnis generis Personis utile & necessarium est studere* (*S. Scripturæ*) *& illius cognoscere*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716. *Spiritum, pietatem & Mysteria:* in hoc loco oppoſuit Epiſcopo Quesnellus, ſe non eſſe locutum de lectione S. Scripturæ, ſed de dono linquarum, quod juxta Apoſtolum 1. Cor. 14. v. 5. poſponendum dixerit dono Prophetiæ, ſeu quod Prophetiæ donum ſeu donum per Verbum inſtruendi & ædificandi fideles, ſit præferendum cognitioni linquarum Orientalium & criticæ circa librum S. Scripturæ: de hoc dono Prophetiæ ſe affirmaſſe ajebat, quod ſit utile & neceſſarium in omni tempore & loco omnique Perſonarum generi, non autem ita neceſſarium ſit Scripturas legere & criticum illius ſtudium facere, ſed potius illius cognoſcere ſpiritum, pietatem & myſteria.

Denique ſuam epiſtolam concludit, aſſerendo, quod quamvis nonnulli ejus verbis impios, hæreticos & blaſphemos ſenſus affingant, propterea ipſe nec blasphemus, nec hæreticus nec impius eſſe poterit: Hanc in rem allegavit hæc D. Auguſtini verba (*) *intendite ergo vos, alioquin male intelligendo projicitis vos in illam voraginem impune peccandi: & ego liber ſum, ſicut ipſe Apoſtolus ab omnibus male intelligentibus liber fuit.*

Pari

(*) In Pſal. 31. Enarr. 2. n. 8.

Pariter Quesnellus, postquam in sua caussa Parisiis Præsulum Gallicanorum conventum celebrari compererat, die decima Decembris literas ad Cardinalem Rohanium dedit, in quibus Reflexionum libro errores horrendos imputari, suisque propositionibus sensum ab obvia terminorum significatione, & a sermonis contextu alienum attribui quæstus, vel per Theologos a partium studio alienos, vel per seipsum audiri, suasque explicationes discuti petiit. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXIV.

Censura Facultatis Theologicæ Parisiensis contra quasdam Propositiones ex Magistri Le Roux scriptis excerptas.

Jam die decima quarta Januarii Rhemensis Facultas ex Magistri Le Roux scriptis quasdam circa attritionem Propositiones decerpserat, & Censuris notaverat: Eapropter Ravechetus Parisiensis Facultatis Syndicus, ut suam in hunc Magistrum vindictam exereret, ea ex caussa Facultatem certiorem reddidit, ut simul Rhemensi Archiepiscopo acriorem inferret molestiam: Die igitur decima sexta Julii S. Facultas sequens edidit decretum, die vigesima

Argentre Coll. Jud. t. 3. p. 169. Vid. supra pag. 200.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

tertia ejusdem Menſis ab eadem confirmatum. „Mirum & Chriſtianis maxime dolendum, quod primum maximumque de Deo diligendo mandatum „hiſce temporibus fuerit a nonnullis „Theologis impetitum. Extitere quidam, qui præcepto amandi Dei duobus tantum vitæ temporibus aut raro „admodum homines aſtringi dixerint: „alii loco amoris illius vel ſolam exteriorem præceptorum obſervantiam, „vel merum timorem ſervilem induxerint: multi ad remiſſionem peccatorum in Sacramento pœnitentiæ obtinendam timorem ſolum pœnarum, „ſive naturalem ſive ſupernaturalem „ſufficientem eſſe aſſeruerint, licet amoris Dei expertem. Imo ſunt, qui „eo temeritatis proceſſerint, ut Chriſtianorum conditionem, ſi amandi Dei „neceſſitas ipſis incumbat, judaico jugo „magis oneroſam fore affirmarint. Quibus omnibus obſtant Dei præcepta, „quæ tum in ſacris literis, tum etiam „in perpetua Eccleſiæ traditione continentur. „

„Inter illos recentiores Theologos, „qui circa id lapſi ſunt, fuit unus e noſtris, quod dolemus, M. Le Roux Cathedræ Furnerianæ in Sacra Facultate „Rhemenſis Theologiæ Profeſſor, qui „in tractatu de pœnitentia, quem diſci-

„pulis

„pulis & voce & ſcripto tradidit, multa „protulit adverſus ſanam ea de re do- „ctrinam. Quod cum animadvertiſ- „ſent Theologi Rhemenſes, pro ſuo in „tuenda veritate, & prōſcribendis no- „vitatibus ſtudio, veriti, ne hæc ea „dogmata in univerſitate Rhemenſi ſer- „perent, ex ejus codicibus novem Pro- „poſitiones excerpſerunt & Cenſura no- „taverunt die 14. Januarii Anni 1716. „tacito tamen ob reverentiam noſtræ „Facultatis Magiſtri Pariſienſis nomine. „Nihilominus, cum ex fama publica & „literis a Syndico Facultatis Rhemen- „ſis ad ſe ſcriptis, necnon ex exempla- „ribus hujus cenſuræ, comperiſſet „S. M. N. Ravechetus digniſſimus Do- „minus Syndicus, Magiſtri Le Roux „Propoſitiones fuiſſe notis confixas a „Theologis Rhemenſibus, officii ſui eſſe „duxit, Sacram Facultatem Pariſienſem „hujus rei admonere in comitiis die „1. Februarii hujus anni habitis, quod „quidem negotium ad decimam ejus- „dem Menſis diem dilatum eſt, in qua, „in comitiis extra ordinariis ob hanc „rem indictis proponente S. D M. Chau- „diere Prodecano comitiorum præſide „& requirente D. Syndico, nominati „ſunt deputati, qui ea de re inquire- „rent, & ad Facultatem referrent. In- „terim M. Oudinet digniſſimus Syndi- „cus

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„cus Sacræ Facultatis Theologiæ Rhe-
„menſis miſit ad Dominum Syndicum
„codices dictatos a Magiſtro Le Roux,
„qui comparuit in comitiis ſacræ Fa-
„cultatis die 2. Martii habitis, in qui-
„bus tum voce tum ſcripto, quod de-
„poſuit ad Menſam Actuarii, expoſuit
„ſuam mentem circa Propoſitiones a
„Facultate Rhemenſi damnatas, & in
„medium protulit exemplar ſuorum
„codicum manu ſua ſubſignatum, ac
„palam profeſſus eſt, ſe Facultati Theo-
„logiæ Pariſienſi matri ſuæ in omnibus
„obſecuturum. Adiit deinceps illa
„nonnullos e deputatis, & per ipſos non
„ſtetit, quominus audiretur in eorum
„comitiis: at Pariſiis cito diſceſſit, ne-
„gotio ejus nondum per ipſos diſcuſſo.
„Interim deputati pluries convenere,
„magna cum diligentia codices Ma-
„giſtri Le Roux luſtrarunt & præter
„Propoſitiones a Facultate Rhemenſi
„damnatas plures alias deprehende-
„runt animadverſione dignas. Qua de
„re D. Syndicus certiorem fecit Ma-
„giſtrum Le Roux ac die 2. Aprilis requi-
„ſivit a Facultate, ut poteſtas fieret de-
„putatis examinandi & referendi ſen-
„tentiam ſuam ad Facultatem de novis
„Propoſitionibus, quas deprehenderant.
„Id placuit Facultati, & juxta ejus
„Decretum die 2. Maij ſententia depu-
„tato-

„tatorum relata in comitiis genera- Sæc. XVIII.
„libus.„ A. C. 1716.

„Inde prælo mandatus est Propoſi-
„tionum excerptarum e codicibus Ma-
„giſtri Le Roux indiculus cum notis.
„Monitus præterea est per literas a Do-
„mino Syndico Magiſter Le Roux, ut
„non tantum, quæ ſcripſerat ad defen-
„dendas Propoſitiones a Facultate Rhe-
„menſi damnatas mitteret ad Faculta-
„tem, verum etiam ut ſi quid haberet
„ad alias tuendas, id facultati notum
„faceret: quod cum non præſtitiſſet
„Magiſter Le Roux, relatio ſententiæ
„Deputatorum abſoluta est a Sap. M.N.
„Hydeux die 3. Junii. Interea Ma-
„giſter Le Roux a Syndico per literas
„admonitus ſcripſit ad eum plures Epi-
„ſtolas, ex quibus, & ex omni ejus a-
„gendi ratione liquido conſtitit, eum
„moras nectere: noviſſime vero Epi-
„ſtola data die 21. Julii ſignificavit, ſe
„non ante finem Septembris Pariſios
„esse venturum, ubi nonniſi per paucos
„dies immoraturus esset.„

„Cum vero non de ipſius perſona
„tum ageretur, ſed de Propoſitionibus
„contentis in codicibus, quos agnove-
„rat pro ſuis, Sacra Facultas re in de-
„liberationem miſſa a venerando Pro-
„decano comitiorum præſide, requi-
„rente D. Syndico, poſtquam in duode-

„cim

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„cim Congregationibus de hoc negotio „actum est, in quibus sententiam dixe„runt Magistri 131. juxta suffragia 127. „quatuor aliis in varias partes abeunti„bus, nemine Propositiones defendente, „approbavit in comitiis habitis die 16. „Julii Censuram a Deputatis factam „in Propositiones Magistri Le Roux, „cum nonnullorum Doctorum observa„tionibus, statuitque, ut iidem Deputati „hanc adornarent cum declaratione „Doctrinæ suæ adversa propositionibus „Censura confixis, necnon censuræ „præfationem præmitterent, quæ cen„sura confirmata est die 23. ejusdem „Mensis & lecta simul cum declaratio„ne, ac demum præfatio lecta & ap„probata est in comitiis generalibus die „prima Septembris 1716.

His præmissis proferebantur Censuræ & declarationis tenor.

I. In id præcipue probandum incumbamus, ut secundum omnium sæculorum Traditionem, a solo timore vera sit pœnitentia, per timorem voluntas a creaturis vere avertatur, convertatur ad Deum, denique ab ipso timore vera sit justitia, ut est a charitate.

Censura. *Hæc Propositio falsa est, scandalosa, temeraria, erronea, & quatenus ultimis verbis enuntiat parem esse virtu-*

virtutem timoris & charitatis ad justitiam obtinendam, hæretica. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

II. Cum vero hanc susceperimus controversiam, ea mente præcipue, ut charitatis cujusdam remissæ, sed prædominantis necessitatem e medio tolleremus; sufficit nobis advertere, nullum fere Theologum, usque ad Jansenii Iprensis ætatem, ejusmodi charitatis necessitatem propugnasse, ex quo erit invictum argumentum adversus opinionem, quam impugnamus, novitatis scilicet.

Censura. *Hæc Propositio quantum ad primam partem temeraria, scandalosa, Christianarum aurium offensiva: quantum ad secundam est falsa, sanctis Patribus & antiquis Theologis injuriosa, & auctoris ea in re inscitiam prodit.*

III. Igitur, cum prædicta doctrina, (quod scilicet timor non excludat affectum peccati) damnata sit, contradictoria doctrina censeri vera debet; quod nimirum timor pœnarum æternarum ipsum peccandi affectum excludat, adeoque & ipsa contritio ex eo concepta.

Censura. *Hæc Propositio falsa est erronea, Doctrinæ Concilii Tridentini contraria.*

IV. Christus hominum saluti, faciliore ratione non consuluisset, si necessa-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

cessaria esset charitas prædominans, in sacramento: nobis impositum fuisset jugum (amoris prædominantis) quod Judæis necessarium erat, simul & aliud maxime onerosum, quo liberi erant, nempe confessio.

Censura. *Hæ Propositiones sunt falsæ, scandalosæ, piarum aurium offensivæ, erroneæ, spiritui legis novæ, & passionis Christi contumelioſæ.*

V. Nunquam a Theologis dictum aut scriptum fuit, charitatem Dei super omnia, esse inchoatam, hanc distinctionem (charitatis perfectæ & imperfectæ) nulli ex antiquis Theologis tradidere.

Censura. *Hæ Propositiones falsæ sunt, temerariæ, sanctis Patribus & Theologis atque Doctrinæ Concilii Tridentini adversæ.*

VI. Si dolor attritionis motivo conceptus non esset vera pœnitentia, eo non esset usus duntaxat Deus, ut impios ad conversionem adduceret: alia quoque motiva proposuisset, cum juxta adversarios sint necessaria: atque tamen &c. profecto noverat Deus, cum ab impiis conversionem exigeret, necessariam esse affectus peccandi depositionem, tamen illius conversionis motiva non proposuit nisi motiva attritionis . . . nec est, quod immoremur in

est

ea Calumnia refellenda, qua noſtram ſententiam relaxationis accuſant. An relaxationis ipſe Deus accuſandus erit, qui ſolius attritionis motivis per Prophetas & Apoſtolos ad pœnitentiam adhortatur. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Cenſura. *Hæ Propoſitiones falſæ ſunt temerariæ, ſcandaloſæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ, impiæ & hæreticæ.*

VII. Eamdem ſententiam, ſcilicet attritionem ex ſolo pœnarum timore conceptam ſufficere ad obtinendam in ſacramento pœnitentiæ juſtificationem tradit Catechismus trium Epiſcoporum.

Cenſura. *Hæc Propoſitio falſa eſt, temeraria, injurioſa tribus Epiſcopis, & aliis qui ſuum fecere hunc Catechismum, in quo contraria doctrina aperte & diſerte continetur.*

VIII. Dummodo tuta ſit in praxi ſententia, non tenemur tutiorem ſequi, dubium non eſt attritionem ſufficere; quod evidenter probavimus.

Cenſura. *Hæc Propoſitio, ea in parte, in qua auctor affirmat, dubium non eſſe, quin attritio amoris Dei expers, ſufficiat in ſacramento pœnitentiæ, & hanc opinionem tutam eſſe in praxi, eſt falſa, perniciosa, temeraria & doctrinæ Concilii Tridentini adverſa.*

IX. Loquens de pœnitentia Davidis, quam veram fuiſſe inficiari nemo pot-

Sæc. XVIII A. C. 1716.

potest; ibi, inquit, nulla mentio charitatis, cujus motivo ad compunctionem cordis excitatus fuerit David... ad objecta sibi omnia veteris testamenti loca, quibus Deus a Judæis exigit conversionem ex toto corde, novum cor, spiritum novum, respondet, sermonem non esse de amore charitatis etiam remissæ, imo inquit, si textus objectos perpendamus, facile agnoscetur illam conversionem ex toto corde niti non charitatis motivo, de quo nulla ibi mentio, sed motivis puræ attritionis... locus Deuteronii attritioni aperte favet, vides ibi motiva charitatis non proponi ad conversionem ex toto corde, sed sola attritionis motiva, timorem nempe iræ divinæ.

Censura. *Hæ Propositiones quatenus absolute enuntiant, Deum ad justificationem Judæorum nihil aliud quam attritionem exegisse, falsæ sunt temerariæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ.*

X. Ex his constat timorem pœnarum æternarum qui attritionis motivum est, esse initium & coronam sapientiæ.

Censura. *Hæc Propositio est falsa, erronea & Verbi Divini sensum pervertit.*

XI. Ad effectum sacramenti pœnitentiæ comparandum contritio fictitia, sed a pœnitente invincibiliter putata ut

ut vera sufficit. Hinc novitatis arguitur illa ejusdem auctoris (Juenini) sententia, qua contendit contritionem fictitiam, quæ invincibiliter putatur vera, non sufficere ad effectum sacramenti percipiendum. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Censura. *Hæc Propositio falsa est, fidelibus perniciosa, & in quantum peccatori veniam absque vera conversione cordis pollicetur, hæretica.*

XII. Per præceptum dilectionis tenetur homo in quibusdam circumstantiis actum dilectionis Dei elicere, & illæ circumstantiæ sunt primus rationis usus, & mortis imminens periculum.

Censura. *Hæc Propositio, qua restringitur obligatio eliciendi actum dilectionis Dei ad duas vitæ circumstantias, est scandalosa, perniciosa, erronea, & præceptó amoris Dei contraria.*

XIII. Instat Jueninus, sequi ex ejusmodi argumento hominem qui quadraginta annis in pietate peractis sacramentalem absolutionem attritus tantum reciperet, & subito mortali morbo correptus amitteret rationis usum, salvari, quamvis nusquam, ne in ipso vitæ quidem exitu, Deum dilexerit; justificatus enim ille est ex nostra sententia, adeoque jus habet ad felicitatem æternam.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Id quidem ultro fatemur ... nullum est prorsus inconveniens ut salvetur, quia non tenetur præcepto dilectionis formalis & explicitæ, nisi cum ei facultas adest illud observandi: Facultas non adesse supponitur, ergo ei vitio verti non potest, quod actum dilectionis non elicuerit, alias Deus juberet impossibilia.

Censura. *Hæc Propositio est scandalosa, Christianarum aurium offensiva, erronea & præcepto Dei Dilectionis contraria.*

XIV. In eo errant adversarii, quod supponant, quasi evidens esset agi de justificatione interna Ninivitarum, agitur dumtaxat de ipsorum cum Deo reconciliatione quantum ad temporalia.

Censura *Hæc Propositio falsa est, temeraria & scandalosa, erronea, verbo Dei contraria.*

XV. Illud sapientis effatum Ecclesiastici 5. *non tardes converti ad Dominum, nec differas de die in diem*, secundum Interpretes consilium est, non præceptum, præterea etsi præceptum esset, censetur ille differre conversionem suam, qui statis temporibus non convertitur. Statuta illa tempora sunt, necessitatis casus, mortis periculum, confessio peccatorum facienda, & is casus est annua confessio ab Ecclesia præcepta, item cum urget lex recipiendi aliquod sacramentum vivo-

rum

rum & quoties munus incumbit saltem ex officio aliquod sacramentum administrandi. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Censura. *Hæc Propositio quoad primam partem, qua absolute enuntiatur effatum Ecclesiastici consilium esse non præceptum, falsa est, temeraria, scandalosa, piarum aurium offensiva, erronea, scripturæ sensum depravat, & impœnitentiæ finalis periculum inducit. Quo ad secundam partem, quæ præcpetum conversionis coarctat ad mortis periculum, ad annuam confessionem, & alios paucos casus, ibi designatos, itidem falsa est, temeraria, scandalosa, & pernicio sam salutis negligentiam inducens.*

XVI. Nec ullis in casibus (disciplinam dandæ absolutionis ante satisfactionem) mutare cuivis licet, nisi pœnitens consentiret.

Censura. *Hæc Propositio falsa est, scandalosa, peccatorum emendationi noxia Ecclesiæ praxi & potestati clavium adversa.*

XVII. Testimonium Joannis 1. Epist. cap. 3. qui non diligit, manet in morte, de charitate fraterna formali & explicita non agit, vult solum excludi odium proximi.

Censura. *Hæc Propositio est falsa, scandalosa, pernicioſa, scripturæ sensum depravat, & præcepto dilectionis proximi contraria est.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„Cæterum non intendit S. Facultas probare alias Propositiones, quæ extant in codocibus sibi exhibitis a Magistro Le Roux, quarum aliquas tum deputati tum alii Magistri observaverunt Censura dignas.„

§. LXV.

Venetorum victoria de Turcis reportata.

Conlin gesta Caroli VI. Hist. du Princ. Eug. l. 13. p. 17.

Interea, dum fortuna secundiore Turcis, quam Venetis pugnatur apud Peloponensum, non minore animorum, ac Partium contentione summus Pontifex, Cæsar, aliique Principes Catholici non modo ad reprimendam, sed inferendam quoque barbaris vim pecuniarum, militum, armorumque apparatum undique contrahere adlaborabant: Præprimis igitur Clemens Papa sui muneris esse duxit, ad Philippum V. & Elisabetham Hispaniæ Reginam, eorumque Confessarium P. Guilielmum Daubanton Jesuitam, Ludovicum XV. Franciæ Regem, Philippum Aurelianensem Regni Rectorem, Joannem Regem & Marianam Reginam, necnon Franciscum Lusitaniæ Infantem atque ad Cardinalem de Cunhe, Bracharensem Archiepiscopum, & Comitem de Daun Neapolis Proregem hortato-

tatorias dare literas, ut vel ipsi vali- Sæc. XVIII.
das navium, militumque suppetias A. C. 1716.
mittere, vel suos Principes suis officiis ac precibus ad promptam periclitanti Reipublicæ Christianæ opem protinus ferendam excitare velint. Ipsemet etiam Pontifex plures naves bellicas ære suo conductas, suasque Triremes Venetis submisit, necnon pecunias a Sixto V. reservatas largiter in hoc bellum erogavit, & die decima tertia Januarii habito, ut vocant, consistorio cunctos Cardinales ad subsidia liberaliter conferenda enixe hortatus, ingentem pecuniarum vim Venetis submisit, iisque indulsit, ut ab omnibus Ecclesiasticis suæ ditionis bonis decimam partem colligere possent: Insuper Cardinalem Ursinum Portuensem Episcopum a suo Archiepiscopatu Beneventano Romam advocans, eundem Viennam ad Carolum Imperatorem decrevit, ut is Majestatem suam ad occurrendum, quacunque sublata cunctatione, gravissimis rei Christianæ necessitatibus inducere studeret: Hunc in finem Pontifex eidem Imperatori in hujus belli sumptus decimas super quibuscunque suarum ditionum bonis Ecclesiasticis assignabat, pollicitus, se tota animi contentione curam omnem atque operam in eo collocaturum, ut durante

Sæc. XVIII. A. C 1716.

hoc bello nihil contra Cæsarem, ejusque ditiones a quopiam attentaretur. Nec impensa hæc Pontificis officia suo caruere effectu; quippe Hispaniæ & Lusitaniæ Reges sex quilibet bellicas naves & quatuor triremes probe instructas, Cosmus vero Etruriæ Dux validum Triremium subsidium, & Genuensis Respublica duas Triremes & Melitensium Magister quinque in opem Venetæ classis submisere: Hoc tamen armorum apparatu haud territi Turcæ Corcyram Insulam toto impetu invadere aggrediuntur, & jamjam die octava Julii prope Butrintum e navibus suis militem exponunt: Haud segnior Schulenburgius, collatis cum Andrea Pisano Venetorum Archistratego consiliis, prout necessitas temporis monebat, cunctas naves in unum compellere & hostem numero longe superiorem aggredi statuit. Igitur vespere ejusdem diei, cum tempus navigationi sese offerret opportunum, cum sua classe in Turcicam invehitur; solidas quatuor horas tenuit conflictus non minus atrox, quam ambiguus, quem tandem nox incumbens diremit. Quarto post die Turcæ Naumachiam repetunt, sed a Venetis in fugam aguntur, cæsis eorum ter mille & amplius. Hac cæde non exterriti, sed irritati magis Turcæ

die trigesimo ejusdem Mensis in Venetas naves immanem globorum tempestatem detonant, quamprimum vero illæ relicto S. Nicolai portu ad Insulam S. Viti a Schulenburgio peropportune munitam recesserant, mox triginta quinque Turcarum millia Corcyram obsidere parant, inhumana crudelitate agros devastant, atque octies, incassum tamen, repetita impressione, montem Abrahami tandem die tertia Augusti unacum sancti Salvatoris colle occupant: Hoc successu elati, die septima Augusti Corcyrensis Urbis deditionem postulant, ast a Schulenburgio Præfecto post trinam excursionem insigni cæde rejiciuntur: collectis tamen viribus die decima nona Augusti impressionem tentant, & capto jam valido munimento, quod *Scarponam* vocant, duobus aliis minoris momenti receptaculis nullo ferme negotio potiuntur: Accurrit illico Schulenburgius cum recente milite, & desperatione animum acuente celeritatem periculumque, sub cujus ruinis obsessi jamjam gemebant, generose despiciens, admotis scalis locum inter Scarponam & munimentum recens exstructum occupat, barbaros ex fossis, captisque propugnaculis expellit, eosque cæsis Turcarum quatuor millibus, & relictis

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

triginta vexillis usque ad eorum caſtra glorioſus inſequitur. Tanta erat hoſtium trepidatio, ut præclaram hanc Urbem intercipiendi occaſionem ſibi de manibus elabi ſinerent, ſolvendæ nulla ſane obſidionis neceſſitate compulſi, cum enim ingruentes pluviæ ferme omnia obſeſſorum munimenta deſtruerent, & pulvere pyrio penitus madefacto Venetorum vim repellendo impares eſſent, Turcæ urbem ſcalarum ope innoxie ſuperare potuiſſent. Hi vero die vigeſima ſecunda Auguſti noctu poſt vigeſimam quintam obſidionis diem relictis caſtris, & quinquaginta quinque belli tormentis, ſeu mortariis, omnibus impedimentis, cæſisque eorum quindecim millibus præcipiti fuga ſeſe proripuerunt. Tam proſpere Corcyrenſis Inſula Antonii Loredani Gubernatoris vigilantia, Schulenburgii fortitudine, & S. Spiridionis Epiſcopi ibidem Patroni tutela a præſentaneo excidio præſervata eſt. Ferunt, quod ante obſidionem hujus Sancti Corpus, cum illud Veneti ex urbe in propugnaculum deferri juberent, nulla adhibita vi ab Eccleſiaſticis loco ſuo moveri potuerit, & durante obſidionis æſtu tres faculæ ſuper Eccleſiæ tectum collucere, ab omnibus viſæ fuiſſent. Vix exprimi verbis poteſt, quantum ex hujus victoriæ nuntio Venetorum Reſpubli-

publica, Italia & totus ferme Orbis Christianus conceperit lætitiæ sensum; festivis præprimis plausibus tripudiabat Roma, quam Marchio de Langerie & Comes de Linange ambo Galli post expugnatam Corcyram Turcarum ope subjugare moliebantur, qui tamen detecta conspiratione capti Viennam abducti fuere, eodemque tempore pyratica Tunetanorum navis, quæ jamjam Pontificii maris oras infestabat, ab Etruscis capta ad Portum Centum Cellas abducta est. Percepta suorum clade & probrosa Architalassi fuga Byzantini cives tam impotenti rabie exarserunt, ut ejus domumpenitus expilatam igne everterent, ipsum quoque Achmetem III. Sultanum strangulaturi, nisi mox quatuor Bassas, qui bellum in Christianos suaserant, laqueo sustulistet. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXVI.

Turcæ apud Petro - Varadinum ad internecionem deleti.

Reportata hac victoria Schullenburgius Butrintum, & Insulam S. Mauræ continuata armorum felicitate occupavit, & Morlacci in Dalmatia Turcis iteratam cladem & immensum damnum intulere. Ad hanc belli prosperi- *Hist. Cont. Chron. l. 16.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

tatem haud parum contulit celeberrima victoria, quam Cæsarei de Turcis in Hungaria jam antea reportaverant; cum enim Hali Vezirius cum exercitu ducenties mille armatis valido Ratichæ in Sclavonia prope Savum contra Carolovitzienſe pactum aggeres exſtrui juberet, Princeps Eugenius, cui ſupremum Cæſarei exercitus imperium erat demandatum, totus ad caſtra ſua diſponenda incubuit; Imperator vero die undecima Julii Deum armis ſuis propitium reddere intentus, Viennæ ſolemnem ſupplicationem decrevit ad Metropolitanam Eccleſiam, in qua Comes de Colonitſch recens electus Viennenſis Epiſcopus Rem Divinam ſolemni ritu peregit. Dies erat ſecunda Auguſti, qua Joannes Comes de Palfi, poſtquam Langletus Ratſcham, & Leſſelholzius Mitrovitzienſes fauces occupaverant, cum quatuor millibus hoſtium caſtra explorare juſſus, a viginti Turcarum millibus cingeretur: Hic vero veteranæ virtutis ſuæ haud oblitus, & ſaltem fortiter pugnando moriendi deſiderio incitatus, partitis copiis tam ſtrenue Turcas multiplici ſimul impreſſione invadit, ut perturbatis primis ordinibus, ceterisque mox confuſis, hoſtem potius virtutis admiratione attonitum, quam roboris terrore perculſum poſſ

quæ-

quatuor horarum certamen in fugam ageret: æquata utrinque erat militum jactura, Comes tamen Seifridus Breunerus ab equo delapsus, captusque ad Vezirium raptabatur, cujus jussu vinculis & catenis onustus post internecinæ cladis nuntium misere jugulatus est. Inter hæc Turcæ dejecto Danubii ponte novo Savum junxere, ac pro more hujus gentis quidam Sycophanta gladium evaginatum manu tenens implorato Dei, suique Mahometis auxilio Christianis omne malum, extremumque excidium imprecatus, per omnia Regna indicto universali jejunio frequentissimam aliquot millium hominum se cultris & flagellis cædentium supplicationem indixit. His peractis Vezirius cum suo exercitu Belgradum contendit, atque emissis aliquot legionibus in Croatiam versus Castanowizam omnia circumquaque oppida & pagos devastando, ingentemque hominum multitudinem abstrahendo emensus est: demum trajecto Savo exercitum die secunda Augusti Carlovitzium transtulit, & direpto illoco altera die cum copiis suis ad Cæsaris castra prope Futacum movens, belli tormentis illa verberare cæpit, missisque literis extremam minitatus est internecionem, nisi Leffelholtzius ante omnem tormenti explo-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

explosionem Petro-Varadinum Urbem dederet: Verum Eugenius Princeps, qui jam pridie cum toto exercitu Danubium trajecerat, cras se hac de re acturum respondit: mox autem habito belli Senatu hostem ad prælium provocare, eumque ex munitissimis suis aggeribus prolectare decrevit. Ergo die quinta ejusdem Mensis hora septima matutina Alexander Princeps Wirtenbergicus dexteram decem agminum alam educens, Janisaros in colle adoritur, cædit, in fugam agit, & decem belli tormentis captis, inque fugitivos conversis ingentem stragem edit, quo comperto mox Eugenius cum sinistra ala acri impetu in hostem invehitur, superatisque Turcarum fossis Janisaros sua statione propellit: Ast hi ipsi resumptis viribus in Cæsareos pedites laxatis habenis irruunt, atque ad primam munitionem repellunt: cumque fugientes sinistram quoque alam pari fato involverent, Turcæ animosiores facti ipsam munitionem aggrediuntur, & Christianos inde depulsos, ad alterum munimentum profugere compellunt: incassum Bonevallus, Lanckenus & Wallensteinius suorum fugam sistere, minis & precibus tentant, trucidatis tamen Lanckeno & Wallensteinio solus Bonevallus cum suorum duce-

ducentis hosti se objecit; ac incredibili virtute per dimidiam horam Turcarum impetum sustinens, per medias hostium phalanges pugnando recessit, & amissis aliis decem gregariis cum quindecim residuis ad castra contendit, ubi tamen hastæ ictu precussus corruit, moxque resumptis viribus surgens suum percussorem trucidavit. Actum jam de Christiani exercitus salute videbatur, cum peropportune adest Eugenius, qui dexteræ alæ equitatum in sinistræ opem snbmittens, peditatum verbo & exemplo erigit, ac cum tribus dun axat legionibus in campum utrique munimento interjacentem effunditur, & Janisaros obruit, opprimit, fossisque ejicit: Tandem Janissaros alterum munimentum occupare intentos aperto latere cum suo equitatu aggreditur, obvios equorum pedibus conterit, ruptisque ordinibus ceteros in turpem fugam conjicit. Prospero hoc successu pedites prius ad extrema redacti, quorum ignaviam necessitas acuit, & desperatio spei causa exstitit, animos resumunt, ac rursus in aciem reducuntur, accedit quoque agmen ad subitos belli casus reservatum, tantaque nocendi aviditate belli tormenta in hostem undique cinctum detonant, ut barbari opis & consilii inopes, qua cuique

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

que patebat ad fugam via, erumpunt, alii qua rectum iter ad suas munitiones ducebat, vitæ asylum quærentes, insequentium gladiis trucidati mortis tumulum reperiunt, quidam ad saltus fugam intendunt, a victoribus tamen velut feræ sylvestres glandibus trajecti pereunt: potissimi vero Vezirii castra petunt. Tum vero non jam pugna, sed cædes erat; Turcæ enim inter spem & desperationem hæsitantes, horrendo ullulatu & incondito clamore manepugnam instaurare, nunc laxatis ordinibus ad agmina a ceteris abrupta perfugere contendunt; cum vero a fronte & a tergo victorem militem instare cernerent, rupta carragine, castrisque relictis, tormentis & impedimentis omnibus in fugam unaomnes effusi sunt. Cecidere in hoc prælio, quod quinque horas tenuit, præter supremum Vezirium, Janissarorum Agam, Bassam Mahometum aliosque primæ dignitatis Duces, Janissarorum plusquam triginta millia, præter quamplurimos, qui victore insequente in flumen sese præcipitarunt, aut Belgradum profugi ex vulneribus periere. Cæsareorum quatuor millia quadringenti duodecim desiderati sunt: Capta fuere centum sexaginta quatuor tormenta, cum ingenti belli apparatu, centum quin-

quâ-

quaginta vexilla, quinque Equorum caudæ, & sex tympana, quæ omnia Viennam transmissa in Templo S. Stephani appensa fuere: cetera omnia Eugenius Princeps, sibi reservato duntaxat Vezirii tentorio, victori militi in prædam reliquit, quæ tamen adeo abundans erat, ut milites magis partis frui vellent, quam acquirendis fatigari. Tristissimum autem Eugenio Principi spectaculum erat, cum penes Vezirii tentorium aliquot Christianorum capita palis infixa, & generosum Comitem Seifridum de Breunner in calente adhuc sanguine suo exanimem cerneret; hos omnes honorifice sepeliri jussit Eugenius, missoque Viennam Comite de Zeill suo Centurione Imperatorem de tota hujus victoriæ serie certiorem reddidit: Hic vero Eugenium immensis laudibus, honoribusque cumulans, datis literis per Cardinalem de Schrattenbach summo Pontifici faustissimum hunc Nuntium communicavit, qui etiam die secunda Septembris habito Purpuratorum Senatu hanc victoriam eo potissimum nomine celebrabat, eoquod ea die, in quam anniversaria dedicationis liberianæ Basilicæ memoria recurrebat, parta fuisset. Turcica vero signa, quæ Imperator veluti victoriæ primitias De VICtIs tVrCIs Romam submisit, in eadem Basi-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Basilica affigi jussit, ac tandem Eugenium dignis laudibus ornatum, pileo & Ense solemni ritu benedicto, quibus Prædecessores interdum præclaros fidei Assertores insignire consueverant, donavit, & per Rasponium Equitem submisit, ac die septima ejusdem Mensis has ad eum dedit literas:

Dilecte Fili, Nobilis Vir, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

„Firmam constantemque Fiduciam, tametsi maximam, quam in perspecta tua virtute ac fortitudine reposuerat Christiana Respublica, adeo excedit præclara omne in ævum memoranda tua Nobilitate tua de Turcis nuperrime relata victoria, ut universi Christi fideles certatim effusas tibi laudes ubique tribuant. Equidem innumeras Barbarorum copias ea felicitate ac celeritate fere ad internecionem profugasti, ut celebris ille Romanorum ducis qui venit, vidit, vicitque, gloriam æquasse videaris. Triumphas itaque & sane merito, non tam in excidio hostium, quam in amoribus gentium, & benedictionibus populorum, qui te barbaricæ perfidiæ ac superbiæ domitorem, publicæ incolumitatis vindicem, orthodoxæque Religionis Assertorem fortissimum

mam prædicantes, tuum nomen, antea quidem illustre & glorioſum, ad aſtra ferunt. Addimus & nos Fidelium plauſibus ſuffragium noſtrum, ac inſigne ſervatæ a graviſſimo diſcrimine Chriſtianæ rei beneficium, eximiæ virtuti, ſapientiæque tuæ acceptum referentes, ampliſſimam, quæ inde facta tibi eſt, immortalis honoris & meriti acceſſionem ex animo gratulamur. Cum autem derivata ex te in eamdem Rem Chriſtianam, quæ nos imprimis afficiunt, peculiare aliquod gratæ voluntatis Teſtimonium a nobis repoſcant, mittimus nobilitati tuæ per dilectum filium Horatium Raſponium Equitem Hieroſolymitanum, Familiarem noſtrum, nobisque tum generis tum animi præſtantia ſummopere acceptum, Enſem & Pileum cæleſtibus benedictionibus large ditatos, quibus prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, ſtrenuos atque præclaros Chriſtianæ Reipublicæ, ſanctæque fidei propugnatores interdum decorare conſueverunt. ut ejusmodi ſancti muneris inflammatus Miſteriis gladio quidem circa femur tuum potentiſſime accingaris, Pileo vero, veluti Galea Salutis induaris, & ad infenſiſſimorum Hoſtium ſuperbiam confringendam in dies magis magisque inciteris, volumus autem, ut idem ſacrum munus

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

per aliquem in Ecclesiastica dignitate constitutum, ac, si fieri poterit, Episcopali charactere insignitum virum, peracto sacrosanctæ Missæ Sacrificio, rite, ac juxta consuetum morem tibi tradatur.„

Insuper die decima tertia Septembris Cardinalis Schrattenbachius in Germanorum Ecclesia Romæ præsente summo Pontifice solemnes celebrabat gratiarum actiones, simulque apud PP. Carmelitas Discalceatos in Templo B. V. de Victoria, ubi imago B. V. in prælio Pragensi a V. P. Dominico a Jesu Maria prælata ob reportatam victoriam colitur, triduanæ preces cum indulgentiis & maximo populi concursu celebrabantur, & biduo post pro defunctis militibus institutæ sunt plurium sacrificiorum exequiæ: Ceterum haud parum ad communis lætitiæ complementum contulerat certamen, in quo eadem die Dettinus Bellidux ad Walachiæ fines Turcas profligavit, & Comes Rabata ad Parmam, Petrassus vero Perbienti quatuordecim barbaras Bassæ Baschigi legiones contrivit, liberatis bis mille Christianis.

§. LXVII.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXVII.

Temesvaria a Cæsareis recuperata.

Hanc victoriam & Turcarum consternationem in rem suam vertere intentus Princeps Eugenius, die decima Augusti cum valido peditum equitumque agmine Alexandrum Ducem Wirtenbergicum & Palfium Comitem Temesvariam præmisit, dato negotio ut hanc urbem, utpote Walachiæ & Moldaviæ clavem, atque ad mare usque nigrum tutissimum accessum, obsidione cingerent: ipse vero cum toto exercitu die vigesima quinta Augusti eo advenerat. Acerrimæ oppugnationis prælúdium erat pertinax certamen, quo Palfius Turcicos Equites, qui Tibisci trajectum præpedituri magno numero advolaverant, cæsos fugatosque repulit. & Turcici Gubernatoris voluptuariam domum; necnon Turcicum fanum evertit. Die autem prima Septembris Eugenius noctu apertis vallis castrensibus urbem fortiter impugnari, atque in contiguum aggerem humo repletum, & præacutis sudibus munitum tanto impetu tormenta exonerari jussit, ut totus ferme destructus, igneque consumptus esset: Bassa vero, cujus animus ferox nullam Cæsarei militis

Kettel. Decad. VI. pag. 782. Turs. cont. pag. 412.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

infestandi occasionem præterlabi patie-batur, tam vehementi impetu die nona Septembris erupit, ut laborantium operas penitus evertisset, nisi a Cæsareis tempestive accurrentibus non sine clade in urbem repulsus fuisset. Die vigesima secunda ejusdem Mensis nuntiatum Eugenio, quod totus Turcarum exercitus laboranti. Urbi suppetias veniret, & Vezirius duodecim recentis militiæ Tartarorum millia Urbi immittere tentaret: Verum Eugenius non minore solertia cum lectissimo suo equitatu occurrens primos hostium impetus pro more gentis vehementissimos generose excepit, eosque non sine multorum cæde repulit: inde vero Turcæ efferatiores effecti, tertio impressionem faciunt, sed toties propulsati, tam densa pilarum tormentaria grandine excepti; ut cæsis quatuor ferme Janissarorum millibus cæteri ægre fuga salutem quærere possent. Depulso hoste Eugenius sæpe oppugnationem tentabat, ubi vero post horrendam globorum & flammæ tempestatem militi devorandam parum profici viderat, receptui cani jussit. Jam die trigesima Septembris decreta erat nova impressio, ergo die prima Octobris magno impetu in Palanckam irruunt, & post atrox certamen supra aggerem evadere certa-

certatim enituntur, ubi licet non pauci in ipso conatu aut deficerent, aut prolaberentur vel exanimati, vel saucii, non tamen animis deficiebant alii, nec aggrediendi ardor refrigescebat, donec cruento utrinque incursu loricam superarent, & Turcis inde ejectis atque in urbem repulsis suburbium occuparent. Tum Eugenius Urbem ipsam quinquaginta duobus majoris formæ tormentis, & triginta tribus mortariis per integros undecim dies continua tamque noxia explosione verberari jussit, ut die decima tertia Octobris Bassa Urbis Gubernator candido vexillo ad mœnia mane affixo, deditionis signum daret, quo conspecto mox Eugenius ab Alexandro Principe Wirtenbergico admonitus, Gubernatori indulsit, ut missis in urbem obsidibus, ipse quosdam Tribunos ad Cæsaris castra mitteret, quibuscum de sequentibus conventum articulis. I. Omnes incolæ & milites (exceptis transfugis Christianis) libere cum suis bonis Urbe, cum solitis militiæ honoribus excederent, relictis tamen quibusdam obsidibus, ut militum Turcas comitantium securitati consultum esset. II. Relinquantur omnia tormenta, arma, omnisque bellicus apparatus. III. Mancipia & Christiani ultro Mahometis superstitionem

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

amplexi libere dimittantur, Græcis vero Armenis &c. ibidem remanendi libertas concedatur. IV. Illis, qui urbe excedunt, ſua bona vendere integrum ſit. V. Hæc pacta nullo ſub obtentu violentur. His conditionibus Temesvaria unacum ſexcentis quinquaginta oppidis poſt Turcicam centum & ſexaginta quatuor annorum ſervitutem ad ſuave Chriſti jugum, & Cæſaris imperium reverſa eſt. Exceſſerant ex hac urbe præter ſaucios atque infirmos, Turcarum duodecim millia, proin ex octodecim millibus, quibus præſidium conſtabat, tria millia fuere trucidata. Stetit autem hæc oppugnatio Cæſareis impendio quatuor millium, quæ tamen jactura abunde compenſata eſt tam opportunitate loci, quam ſpolii copia & continuato victoriæ ſucceſſu; præter immenſum enim belli apparatum & commeatum ac decem mortaria fuere relicta centum triginta ſex tormenta, ex quibus centum ferme viginti Cæſarea inſignia præſeferebant: plura inſuper oppida Chriſtiani intercepere, & quidem Comes Mercius Panſovam, & Vipalanckam, Steinvillius Comes in Moldavia Kaſan, Bagdan & novem alias urbes: Petraſchius vero Minlom, Doboum arcem validam præter alia oppida, ac denique Stephanus Dettinus

nus Rascianorum Capitaneus Buckerestum, populosam Walachiæ Residentiam & ipsum quoque Principem Nicolaum Mauro-Cordatum unacum uxore sua, totaque familia captivum Hermanopolin abduxit. Ne vero Imperator Religionis oblitus videretur, Claudiopoli in Transylvania Socinianæ hæresis assecliis Ecclesiam claudi, & Catholicis restitui jussit, ac ipsemet cum Augusta Conjuge sua ad Cellam Majorem peregrinatum ivit, ibique Ciborium pretiosis gemmis ornatum cum duabus coronis aureis B. Virgini obtulit. Hac demum victoria crudele Achmetis Sultani votum evanuit, quo obtenta contra Christianos victoria, omnia Christiana in Turcico imperio mancipia uno die victimas devoraverat, simulque eorum dissipatus est timor, qui in malum omen vertebant sanguineas lacrimas, quæ in Imaginibus B. V. M. in Franciscanorum Templo Schut, & in Ecclesia Mornacensi prope Hulst, & Viennæ in Templo S. Stephani eodem anno mirabiliter visæ dicebantur. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXVIII.

Cæsaris indignatio contra Genuensium Rempublicam.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

Kettel. Decan. VI. pag. 805. Merc. Hist. Jan. p. 16. Lettr. Hist. Jan. p. 11. Mars p. 252. Clef du Cab. Avril. p. 276.

Jam anno priori Genuensis Senatus edictum promulgabat, vi cujus cunctis Barcinonensibus, aliisque Austriacæ Domui addictis gladios portare vetitum, Castilianis vero Genuæ degentibus permissum. Contigit autem, ut quidam militiæ Præfectus, qui immota fide Cæsari adhæserat, gladio præcinctus deprehenderetur, qui confestim captivus abducitur, etiamsi se sub Imperatoris signis militare opponeret, & Cæsareas demandati negotii literas exhiberet: Judex insuper nomine Ferrarius, omni sepositа veneratione hasce literas laceravit, non sine contemptu asserens, ejusmodi Syngraphas quotquot libuerit, pro triginta vel quadraginta aureis esse venales: Re comperta Imperator læsam Majestatem vindicare intentus, Reipublicæ præcepit, ut omnes Senatores quamprimum officio moverentur & custodiæ darentur, illi vero, qui hanc contumeliam Præfecto intulissent, dignitate amoti, Neapolin transferrentur ad triremes damnandi. Equidem Genuenses Legatum Viennam decernebant, qui hanc injuriam deprecaretur: Cæsar vero hac satisfactione nequaquam placatus, petiit, ut ipsemet Reipublicæ Dux Viennam excusatum veniret, & illi, qui Præfectum captivum fecerant, ad remiges damnarentur;

tur: cum vero Genuenſes hæc præ- Sæc. XVIII.
ſtare tergiverſarentur, mox Imperator A. C. 1716.
Viſcontium cum ſex armatorum millibus, & ſex belli tormentis in Genuenſem ditionem immiſit; qui quotidie ter mille aureos petebant, ut paucorum pœna eſſet metus multorum: Die autem decima quarta Februarii ad fervidas quorumdam preces Imperator rem componi permiſit; unde Deputatis utrinque convenientibus concluſum, ut Respublica Cæſari ſexaginta monetæ aureæ millia ſolveret, quatuor bellicas naves contra Turcas inſtrueret, hujus violentiæ Auctores ad triremes transferret, & Genuenſes per Legatum ſuum ſe de injuriis eſſe ſatisfacturos, Cataloniis gladii uſum, & liberum ſalis tranſitum Mediolanenſibus conceſſuros pollicerentur. Paulopoſt Franciſcus Imperialis præfatæ Reipublicæ Dux mortalitatem exuit, cui Joannes Antonius Juſtinianus die vigeſima ſeptima Novembris ſubrogatus eſt.

§. LXIX.

Solemnia Beatificationis V. Joannis Franciſci Regis.

Cum jam per plures annos ſuper vitæ Sanctitatem, virtutes heroicas, & miracula per V. Joannem Franciſcum *Bullar magn. Clem. XI. Conſt. 82. pag. 162.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Regis Jesuitam perpetrata fuissent examinata, & tandem Cardinales S. Congregationis Rituum hoc anno declararent, prædictum Dei Famulum cum consuetis indultis Beatum declarari posse, hinc Pontifex die octava Maij piis Franciæ Præsulum & Provinciæ Occitaniæ Magistratuum, atque Jesuitarum precibus annuens, auctoritate Apostolica indulsit, ut idem Dei Servus in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiæ fidelium venerationi exponi, & de eo tanquam Confessore Officium & Missa cum speciali oratione celebrari possit: ipsa autem Beatificationis solemnia ad diem vigesimam quartam Maij distulit, cui festivitati maximis expensis celebratæ Carolus Albertus primogenitus Bavariæ Electoris Filius, qui Mense Aprili Papam salutaturus, Romam venerat, interfuit.

§. LXX.

Dominici Mariæ Ferrari Cardinalis obitus.

Vit. Card t. 1. p. 214. Dorsann. Journal pag. 289. Part. I.

Hoc anno non sine maximo summi Pontificis, & totius S. Collegii luctu decessit Dominicus Maria Ferrari. Hic Mandariæ Neapolitani Regni Urbe honestis, tenuis tamen fortunæ Parentibus

bus natus, ob miram ingenii aciem, invictum sciendi ardorem, singularem morum ingenuitatem, & fervidum B. V. cultum pietatisque studium a teneris, quanti meriti Vir futurus esset, præsagiebat. Vix decimum quintum ætatis annum emensus erat, cum divino sese famulatui in Sacra Prædicatorum familia devoveret, literisque gravioribus in Monasterio ad S. Spiritum edi-scendis admotus, tantum brevi temporis intervallo, in Philosophicis juxta ac Theologicis disciplinis profecit, ut in celeberrimo Collegio S. Thomæ Aquinatis Neapoli Philosophiam profiteri juberetur. Bononiæ deinde Innocentii XI. jussu supremam Theologiæ Cathedram moderatus, & paulopost ab eodem Pontifice Romam evocatus, Magister S. Palatii nominabatur, atque Apostolici Concionatoris munus obire jussus, non sine maximo omnium applausu usque ad præfati Pontificis obitum Sacro huic ministerio vacabat. His virtutibus & doctrinæ gloria illustris Innocentio XII. cui hujus Viri merita jam Bononiæ erant perspecta, in paucis gratus exstitit, ac familiaris, ab eoque deposcentibus meritis Sacra Purpura & Beneventana Abbatia S. Bartholomæi in Galdo auctus est. Intererat anno Christi millesimo septingente-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

genteſimo ſacris comitiis, in quibus tamen nec favoris ſpe, nec indignationis metu a dignioris electione amoveri poterat; eapropter a Clemente XI. æquiſſimo pietatis atque eruditionis æſtimatore tanti habebatur, ut graviſſimis Eccleſiæ & Chriſtianæ Reipublicæ negotiis tranſigendis adhiberetur, & quamvis Papam Gallorum partibus mire addictum noſſet, prævalente tamen æquitatis amore plerumque Auſtriacæ Domus jura propugnabat, imo haud parum conferebat, ut tandem Pontifex Carolum III. in Hiſpaniæ Regem agnoſceret. Præcipuum tamen, quo hujus Viri eruditio, Religionis fervor, Sedisque Apoſtolicæ ſtudium enituit, erat famoſa Conſtitutio *Unigenitus*, quam quia ipſemet potiſſimam partem cum Fabronio & Tolomæo Cardinalibus concinnaverat, non ſine maximo labore, ac multiplici faſtidio contra illius oppugnatores usque ad extremum vitæ ſuæ diem propugnare jubebatur, ſelectus a Pontifice, ut cum Abbate Chevaliero, quem Cardinalis Noaillius, ceterique Opponentes Epiſcopi unacum doctrinæ ſuæ articulis Romam ablegaverant, deſuper conferret: Diſcutiendis difficultatibus a præfato Abbate expoſitis integras ſex horas per diem impendebat, & ſumpto vix prandio labo-

laborem impigre profecutus, noctes plerumque insomnes duxit, viresque suas tam assiduo studio exhausit, ut in gravem incideret morbum: Has difficultates, si tamen Abbati Dorsanne Sorbonico Doctori & Parisiensi Vicario Generali fides est, adeo solidas esse censuit, ut non sine maximis animi sui angustiis præsente Generali Dominicanorum Procuratore exclamarit: *Bulla jam est edita, necesse est . . . . satisfeci muneri meo, prædixi.* Ut ut de hoc sit, id omnino certum est, quod corpore oneri succumbente, die vigesima Augusti meritis plenus animam Deo reddiderit, annos natus sexaginta septem. Vir erat eruditione, prudentia, pietate, & Religionis fervore longe præstantissimus, Instituti sui tam exactus cultor, ut ad Ecclesiæ dignitates evectus, nunquam a pristino vivendi rigore & observantiæ Regularis exercitatione quicquam remitteret: Acerrimus quoque erat hæreticorum & Novatorum hostis, & invictus Immunitatis Ecclesiasticæ vindex; quo etiam fervore incensus contra Franciæ Episcopos eruditissimum opus *de materia Regalium* edidit. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXI.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXI.

Variæ Principum converſiones ad veram fidem.

Clem. Epiſt. pag. 2152. Elect. Jur. publ. t. 6. p. 209. t. 15. pag. 1709. Kern-Chron. An. 1718. pag. 263. Cont. Hiſt. Chron. pag. 86. Lib. 16.

Inter plures, easque graviſſimas calamitates, curas & moleſtias, quibus paternum ſummi Pontificis pectus affligebatur, tandem grati nuntii felicitas internæ lætitiæ argumentum eidem ſuppeditabat; quippe Lotharius Franciſcus Archiepiſcopus atque Elector Moguntinus die decima octava Februarii ſummo Pontifici ſignificabat, quod Auguſta Dorothea Eleonora Principiſſa de Schwarzenburg Antonii Ulrici Brunsvico-Luneburgici Ducis Filia & Antonii Güntheri II. conjux potiſſimum præfati Electoris aſſiduo ſtudio tandem relictis Lutheri commentis, quibus ab infantia innutrita erat, palam orthodoxæ veritatis cultum Erfordiæ in manibus Suffraganei ſuſceperit: idemque præfata Princeps Pontifici ſuis literis annuntiabat; quocirca Clemens Papa datis die ſeptima Martii ad eam literis tantam Divini beneficii magnitudinem peramanter eidem gratulatus, pariter Archiepiſcopum, poſtquam authenticum profeſſionis ſolemni ritu emiſſæ teſtimonium Romam miſerat, promeritis laudibus cumulavit.

Cum

Cum autem ejusdem Principissæ Maritus die vigesima Decembris Arnstadii improlis decederet, idque illa Pontifici literis trigesima ejusdem Mensis die datis significaret: Hic illam die vigesima tertia Januarii consolatus, præcipue dolebat, quod hic Princeps in suis erroribus mortalitatem exuerit, certiorem tamen illam reddidit, quod ipsius rationes Imperatori vehementer commendarit, & propria sua offerens obsequia certam esse voluit, se minime dubitare, quin Cæsar pro eximia sua pietate omni ope & præsidio eidem adfuturus sit. Augebatur Pontificis lætitia, dum ex Cardinalis Christiani Augusti Saxo-Citiensis ac Cæsarei ad comitia Ratisbonensia Commissarii literis die sexta Maij compererat, quod ad exemplum Friderici Augusti Caroli Poloni Regis Filii Mauritius Adolphus Carolus præfati Cardinalis Nepos, & Mauritius Guilielmus Saxoniæ Administrator & ejusdem Frater natu major ejurata Lutherana secta Catholicam fidem amplexati sint. Ex his prior hoc adhuc anno, alter vero nonnisi sequenti in Dominica *Jubilate* Lipsiæ palam fidei Catholicæ professionem emisere: cum autem hic simul esset Numburgensis Pseudo-Episcopus, mox Lutherani Capitulares, reservati Ecclesiastici jus sibi

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

sibi arrogantes, hunc Episcopatum vacare declararunt, Ducemque coegerunt, ut relicta Episcopatus administratione, Weidam Osterlandiæ in terris hæreditariis sedem suam transferret. Postquam vero præfatus Dux die decima sexta Octobris anno hujus sæculi decimo octavo Pegavii, ne Imperialis Directorii prærogativam amitteret, ad vomitum redierat, Episcopatus administrationem rursus quidem obtinuit, paulopost tamen die decima quinta Novembris morbillis misere periit.

§. LXXII.

Principis Eugenii responsum ad Papæ literas.

Postquam Eugenius Princeps unacum honorifico dono summi Pontificis literas receperat, debitas repensurus gratias hanc ad eundem dedit epistolam:

„Post Dei Maximi clementiam piis „Beatitudinis vestræ excitatam oratio„nibus, qua nuper arma Cæsarea con„tra infensissimum Christiani Nominis „hostem ad Petro-Varadinum trium„phare contigit, nihil mihi majus, „optatiusque accidere potuit, quam „gratiosissimæ Sanctitatis vestræ con„gratu-

„gratulationes, inventaque per Hora- Sæc. XVIII.
„tium Raſponium Equitem Jeroſolymi- A. C. 1716.
„tanum omni ex parte clarum, acce-
„ptumque, transmiſſi Enſis ac Pilei con-
„decoratio, quæ tum ea, qua fieri po-
„tuit, ſolemnitate peracta, me non
„modo Divini favoris admonebit, ve-
„rum etiam ad majores juſtæ Dei, Cæ-
„ſaris, & Chriſtianæ cauſſæ excitabit
„conatus. Quos dum ſub tanto Pon-
„tifice felices ſpero, Divinam quoque
„opem in ſubſidium invoco, velit me
„acceptæ gratiæ dignum reddere. &
„Beatitudinem veſtram pro ampliori
„gloria ſuæ ſanctæ Cauſſæ & Cæſaris
„promotione diu ſalvam, incolumem-
„que ſervare, cujus ſanctiſſimos pedes,
„dum omni cum reverentia exoſculor,
„reſpectuoſiſſima etiam cum venera-
„tione maneo.„

§. LXXIII.

Summi Pontificis Conſtitutiones, & varii argumenti Epiſtolæ.

Præterea ſummus Pontifex omnibus, publicisque Chriſtiani Orbis neceſſitatibus intentus, varias edidit Conſtitutiones, & quidem die octava Auguſti per ſpeciales literas Luſitaniæ Eccleſiaſticis in favorem Regis pro Turcici belli ſumptibus ſubſidium unius *Bull. magn. Clem. Conſt. 83. p. 164.*

Sæc. XVIII
A. C. 1716.

millionis *Cruciatorum* impoſuit. Erexerat quoque ſummus Pontifex ad Joannis Luſitaniæ Regis preces Regiam Capellam ſeu Eccleſiam Ulyſſipone Luſitaniæ Metropoli in Collegiatam Eccleſiam, in qua ſex dignitates, octodecim Canonicatus & duodecim Beneficia inſtituit, cum autem Rex ad horum ſuſtentationem & decorem reditus eſſe impares animadverteret, ſummo Pontifici ſupplicabat, ut tres Parochiales Eccleſiæ de Regio jure Patronatus cum omnibus illarum proventibus præfatæ Collegiatæ Capitulari Menſæ in perpetuum unirentur. Hiſce Regis votis die decima nona Septembris annuens Pontifex, Bracharenſis Archiepiſcopi & Epiſcopi Lamacenſis Officialibus injunxit, ut ad harum Eccleſiarum unionem procedant, illarumque fructus huic Menſæ uniant. Paulopoſt idem Rex hanc ſuam Collegiatam Eccleſiam in Cathedralem ſub invocatione B. V. in cælos aſſumptæ erigi, & tam Ulyſſiponenſem Urbem, quam Diœceſin in duos Archiepiſcopatus dividi petiit. Denuo Pontifex ob valida auxilia contra Turcas præſtita Regis precibus ceſſit, & præfatam urbem & Diœceſin in duos Archiepiſcopatus partitus eſt, ita, ut antiquo Archiepiſcopatui civitatis pars verſus Orientem & nova

per ipsum Regem nominando, ac immediate S. Sedi subjecto Urbis pars versus Occidentem reliquerentur, assignatis cuilibet suis suffraganeis: cum vero Canonici seu Capitulum Ecclesiæ Orientalis seu veteris nollet se subscribere *Capitulum Orientale*, mox Occidentale Capitulum misso Notario illos interminatis etiam pœnis monuit, ut imposterum in nullo penitus perturbarent jurisdictionem Patriarchalis Ecclesiæ Occidentalis, sed inviolabiliter observarent a Pontifice disposita. Cessit Orientale capitulum, ejusque acta Pontifex anno sequenti confirmavit, ac insuper Canonicis Ecclesiæ Occidentalis indulsit, ut etiam præsentibus Archiepiscopis, aliisque Prælatis imo & Cardinalibus etiam Legatis de latere in hieme Cappam magnam rubei coloris cum pellibus armellinis & talari veste rubea, in æstate autem Mozetam rubeam gestare valerent. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Postquam Augustinus a Nativitate Goanus Archiepiscopus satis cesserat, atque in ejus locum Sebastianus de Andrada Pessarha suffectus erat, summus Pontifex die secunda Januarii hunc serio admonuit, ut caveat præsertim a pernicioſissimis in ea regione a suo Prædecessore relictis exemplis. *Ille enim*, perscripserat Pontifex, *magna cum fide-*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

lium offensione, nec minori cum sui nomin... & Conscientiæ labe Vicarios Missionarios aliosque administros ab hac sancta Sede in illis partibus deputatos acerbe semper infectari consuevit, imo etiam eo temeritatis abripi passus fuit, ut lato prius, nempe die 22. Decembris 1704. suo edicto Censuras quasdam Ecclesiasticas a bon. me. Cardinali Carolo Thoma Maillard de Tournon, tunc Patriarcha Antiocheno, nostraque & Apostolicæ Sedis Commissario ac visitatore in Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis cum amplissimis Facultatibus, etiam nostri, atque ejusdem Sedis de latere legati a Nobis constituto contra nonnullos Regulares in Diœcesi Melioporensi, (hujus Diœcesis tum Episcopus erat Jesuita, quo subitanea morte extincto successit P. Franciscus Lainez itidem Jesuita, qui contra Cardinalis Tournonii decretum declamaturus, Romam missus erat, & librum amplius 600. paginis vastum sub titulo: defensio Indicarum Missionum edidit) promulgatas nullas & irritas declarare non erubuerit. Subinde vero quadam sua Epistola Pastorali data die 25. Aprilis 1710. omnibus suis subditis sub excommunicationis pœna, inaudito antehac ausu, præceperit, ne præfato Patriarchæ Antiocheno vel cuicunque alteri Vicario Apostolico obtemperarent; pluraque forsan alia gerere non dubitaverit in maximum Apo-

Relat. abregé de la Pers. de la Chin. p. 267. 275. 283. 284. Vid. supra l. 213. §. 86. p. 318. tom. 67.

stolicæ

Sæc. XVIII. A. C. 1716

ſtolicæ auctoritatis contemptum ac præjudicium. Quæ ſane omnia ſuperius explicata, tametſi, uti per ſe manifeſte irrita, ac nullius roboris, ſpeciali caſſatione & abrogatione noſtra non indigerent, cum tamen ad abundatiorem cautelam a nobis jamdiu tanquam abſurda, temeraria, ſacrisque ſanctionibus adverſantia expreſſe improbata, reſciſſa, caſſata, damnataque fuerint: & nunc illa iterum, quatenus opus ſit, improbemus, reſcindamus, caſſemus, abrogemus, atque damnemus; adeoque uti vere irrita, inania, nulliusque prorſus efficaciæ vel momenti cum omnibus inde ſecutis ubique cenſeri debeant; diſtricte idcirco Tibi injungimus, ut cum primum Te ad Eccleſiam Goanam contuleris, alia quæcunque ab eodem prædeceſſore tuo contra memoratum Patriarcham Antiochenum acta, ſeu potius attentata compereris, expreſſe ſimiliter reſcindas, abroges, improbes, ac e medio tollas, & una cum aliis a Nobis, ſicut præmittitur, reſciſſis, abrogatis, improbatis & abolitis ab omnibus haberi decernas & mandes. Præterea cum pluribus Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus caveatur, ut Vicarii & Miſſionarii Apoſtolici in Sinarum, Siami, & aliis Indiarum Orientalium Regnis conſtituta a quacunque pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Goani & aliorum Ordinariorum Juriſdictione & Superioritate prorſus exempti,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

ac liberi sint, Tibi sub pœnis, quæ in ejusdem Constitutionibus præscribuntur, interdicimus, ac inhibemus, ne adversus prædictos Vicarios Missionarios Apostolicos ullum jurisdictionis actum exercere, neve Vicarios de Vara nuncupatos, sive alios Ministros & Officiales, quocunque tandem nomine nuncupentur, in locis, ubi ipsimet Vicarii Apostolici privative quoad omnes Indiarum, & aliarumque Orientalium partium ordinarius, constituti sunt, etiam in casu alicujus illorum obitus constituere audeas: imo neque idipsum ab aliis Episcopis Metropolitico jure Tibi subjectis attentari ullo modo sinas. Unde etiam Tibi insuper jubemus, ut quos in proximo tuo ad præfatam Goanam Ecclesiam accessu a memorato prædecessore, ut Episcopis Suffraganeis tuis, deputatos hactenus fuisse inveneris, eos protinus ab Officio removere, & revocare omnino debeas, sive ab iisdem Episcopis Suffraganeis respective removeri, ac revocari cures & mandes quamprimum, præfatis autem Vicariis Apostolicis, necnon Visitatoribus, ceteroque Ministris, qui a Nobis, & ab hac sancta Sede in illis partibus hucusque deputati fuerunt, vel in posterum deputabuntur, quomodo nullum interponas impedimentum, quominus ipsi tributam sibi jurisdictionem in locis assignatis exercere, & Facultatibus quibus potiuntur, uti libere possint: sed tibi potius pro ea, quam nobis, & eidem sanctæ

Sed

Sedi debes, reverentia & obedientia, ſa- Sæc. XVIII.
veas & aſſiſtas. Te demum in Domino quam A. C. 1716.
enixe hortamur, atque etiam Apoſtolica auctoritate in virtute ſanctæ obedientiæ Tibi præcipimus, & mandamus, ut jurisjurandi memor, quod in ſuſcipiendo Conſecrationis munere propediem emiſſurus es, debitam antedictis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac omnimodam obedientiam ſincera, promptaque, ut decet, mente præſtes & quantum in Te erit, ab aliis etiam præſtari ſatagas: potiſſimum vero aliam noviſſime, nempe die 15. Martii anni proxime elapſi ſuper Ritibus, ſeu Cæremoniis Sinenſibus a Nobis editam Conſtitutionem, cujus initium eſt: ex illa die, *quotiescumque opportuna Tibi ſe obtulerit, Miſſionariorum illac pertranſeuntium occaſio, ac præſertim per Suffraganeos Epiſcopos Comprovinciales tuos in Caſibus ab eadem noſtra Conſtitutione ipſis commiſſis exequi & obſervari cures, faciasque, ut illa, quantum in Te erit, plenarium ſuum, atque integrum, ut par eſt, ſortiatur effectum &c.*

Petierat jam anno priori Luſitaniæ Rex, ut Papa in Sinenſi Imperio tres novos Epiſcopatus erigere vellet: Verum Pontifex die quarta Januarii reſpondit, in præſenti perturbato rerum ſtatu, in quo Miſſiones Sinicæ reperirentur, haud ſibi conſultum videri, novos erigere Epiſcopatus, ſed id ad illud tempus

Sæc. XVIII. A. C. 1716

reservandum, quo liberior atque felicior ibi Christianæ Religionis propagatio sperari posset. Rogabat tamen Regem, ut nuperam suam Constitutionem de Ritibus Sinicis inviolabiliter observari, & necessariam inter Missionarios illius Imperii concordiam foveri curaret.

Sub idem tempus Pontifex non ex vano rumore perceperat, quod Cyrillus Ritus Græci Archiepiscopus Damascenus schisma ejurare, sinceramque unionem cum Romana Ecclesia inire statuerit, hinc Clemens Papa die nona Januarii datis literis eundem hortabatur, ut pium adeo consilium rupta omni mora & sublato omni impedimento perficere festinaret.

Petebant quidam Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis Canonici, ut Pontifex Clementem Augustum Bavariæ Electoris Filium de plenitudine potestatis absque Capituli electione Ratisbonensi Episcopatui præficere vellet: Pontifex tamen die decima sexta Februarii eorum precibus nequaquam deferendum censuit, partim ut electionis libertati Capitulo & Canonicis competenti plenius consultum esset, partim ut S. Canonibus, & Germaniæ concordatis satisfieret: si vero hunc Principem Ecclesiæ suæ, & religioni tuendæ utilem

utilem fore cenſerent, ſua ſuffragia in eum conferrent, & tum Pontifex cum eodem in ætatis defectu aliisque impedimentis diſpenſaturum ſe, pollicebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Eodem tempore, quo Pontifex gravi cum dolore perceperat, Theologicas Facultates Pariſinam & Nannetenſem factam Conſtitutionis *Unigenitus* acceptationem abrogaſſe, eidem nuntiatum erat, quod tam Michael Poncetus de La Riviere, Andegavenſis Epiſcopus, quam ejusdem Facultas Theologica erga eandem hanc Conſtitutionem pulicam & ſolemnem obedientiam præſtiterint: quocirca die prima Maij datis literis Pontifex gratum memoremque animum erga utrumque profitebatur. Eadem officii teſtificatione die decima ſeptima Februarii honorabat Duacenſem Facultatem Theologicam, eidem ſignificans, quod præſidium atque auctoritatem Gallici Regentis implorarit, ut turbida ingenia, a quibus præfata Facultas vexabatur, coerceat, atque in officio contineat. Pariter die duodecima Octobris promerita laude proſequebatur Henricum Maſſilienſem Epiſcopum, eoquod ſingulari pietate, vigilantia, & conſtantia ſanam doctrinam propugnaverit, & refractariorum molimina fortiter repulerit, & ſi duriora

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

adhuc ingruerent, se ærumnas & quascunque angustias Episcopali robore subire paratum se professus fuerit: nec remissius die vigesima Decembris Josephi Grassensis Episcopi obsequium & obedientiam erga Constitutionem commendabat, eique transumptum mittebat Epistolæ ad Galliæ Episcopos, & sententiæ contra Parisinam Facultatem latæ. Cum autem Calviniste in Pago Frehen Julienſis ditionis Templum pro suæ sectæ exercitio erigere molirentur, Pontifex die decima quarta Novembris Clementem Colonienſem Archiepiscopum & Carolum Electorem Palatinum enixe hortabatur, ut eorum conatibus fortiter obsistere pergerent: Demum annuente Pontifice Joannes Franciscus Barbarigo Brixienſis Episcopus Academiam fundavit Ecclesiasticam, in qua statis horis & diebus discursus de Theologia & de Historia Ecclesiastica tractantes instituerentur.

§. LXXIV.

Congregationum decisiones & decreta.

Bull. magn. Part. II. pag. 438. S. Congr. Rot. Rit. Indulg. &c.

Occurrentibus etiam variis dubiis sacræ Congregationes Romanæ plura condidere decreta; cum enim in Cæsenatensi urbe Regulares quidam in quo-

quodam Ecclesiæ suæ Sacello, ubi Confraternitatis cujusdam Sodales sua pietatis officia peragere consueverant, loco veteris novam Imaginem B. V. in Altari exponere vellent, obstitere Sodales: proposito demum hoc dubio Rota Romana die decima sexta Februarii decidit, hosce Sodales in antiqua possessione acquisita non esse turbandos, præsertim si appareat quod Altare sit veluti proprium Confraternitatis ab ipsa ornatum, & sacra suppellectili instructum, & forte vetus imago sit miraculis clara, & frequenti populi concursu honorata, cum forte nova potius minuat, quam augeat Divinum cultum. Postulabatur a S. Indulg. Congregatione declarari, an Sodales Confraternitatis Ord. SS. Trinit. Redempt. Captivorum si vesti suæ crucem rubri & cærulei coloris acu intextam gestant, lucrari valeant indulgentias concessas Scapulare deferentibus, sed Congregatio respondit, negando, simulque declaravit hos Sodales nullis aliis Indulgentiis gaudere, quam in earum summario contentis. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sacra vero Rituum Congregatio die nona Maij approbavit sequens elogium S. Fruilani Episcopi in Martyrologio Romano sub die quinta Octobris apponendum: *Legione in Hispania S. Fruilani*

Sæc. XVIII A. C. 1716

lani ejusdem Civitatis Episcopi, Monasticæ vitæ propagandæ studio, beneficentia in pauperes, ceterisque virtutibus ac miraculis clari. Declaratum quoque die undecima Septembris a S. Indulgentiarum Congregatione, quod, si in aliqua Ecclesia jam concessæ reperiantur indulgentiæ, quæ pro feriis sextis Mensis Martii concedi solent, & si nova Indulgentia concedatur sub hac clausula: *Volumus autem, ut si alias Christifidelibus dictam Ecclesiam qualibet Anni die visitantibus alia indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes literæ nullæ sint* &c. Indulgentia ultimo loco sic concessa ob dictam clausulam sit nulla.

Annuente autem Clemente XI. S. Rituum Congregatio die duodecima ejusdem Mensis declaravit, quod si Festum Annuntiationis B. V. inciderit in Feriam quintam Majoris hebdomadæ, tunc præceptum audiendi Sacrum, & abstinendi a servilibus non transferatur, sed servetur in præfata Feria, proin per locorum Ordinarios prospiciatur, ut eo die plures Missæ privatæ ante celebrationem Missæ Conventualis pro præcepti adimplemento celebrentur, nec tamen mos communionis Cleri in Missa solemni omittatur.

Adhuc-

Adhucdum circa vacantis Abbatiæ S. Benigni ſpolia fervebat gravis colliſio ſacræ & profanæ jurisdictionis: quamvis enim Sabaudiæ Ducis Miniſtri jam anno hujus ſæculi undecimo ob fructuum & jurisdictionis in hanc Abbatiam occupationem tanquam anathemate perculſi fuiſſent declarati, nihilominus eosdem fructus colligere, ſubditos parere renuentes ad reddendos proventus militum manu cogere, & præfatæ Abbatiæ incolas variis violentiis premere pergebant, hinc denuo anno priori Pontifex Joannem Paulum Blanciardum Judicem, pluresque alios Ducis Miniſtros nominatim moneri juſſit, ut Romam venientes allegarent cauſſas, propter quas Cenſuras ipſis inflictas contempſerint. His vero non comparentibus rurſus palam excommunicati fuerunt: Nuntiatum poſtea Pontifici, quod Joannes & Joſephus Blanciardus Canonici & Ludovicus Pomano Sacerdos coram excommunicato Judice Divina celebrarint, & alius Officialis nomine Garellus excommunicatus ſchedam Eccleſiæ foribus affixam arundine ſubmoverit, & laceratam in terram projecerit, necnon milites Joannem Victoriam Alibertum Sacerdotem in cuſtodiam rapuerint, ipſumque Felicianum Saudinum Fiſcalem Pontificium

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Vid. ſupra t. 69. l. 215. §. 90. p. 392.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

cium in Scalis Ecclesiæ apprehensum ad carceres abstraxerint, necnon Petrum Dalmatium Præpositum inflictis tribus vulneribus fædarint, ac denique dictæ Abbatiæ incolas, eoquod constanter de vi injuste illata protestati, se unice S. Sedi subjectos esse declarassent, graviſſime vexarint, eapropter Pontifex, cum alia vim retundendi media ei non suppeterent, primo hosce Sacerdotes cum Blanciardo communicantes, & satellites immunitatem Ecclesiasticam violantes, Præpositumque vulnerantes denuo pro excommunicatis vitandis esse habendos pronuntiavit: pari etiam severitate animadvertit in eos, qui terras & præfatæ Abbatiæ proventus a laicis Ministris conduxerant. Succesſerat Blanciardo Victorius Trona Taurinensis, qui temporalem in prædictæ Abbatiæ locis jurisdictionem exercuit, Antonius vero Bontempo ejusdem Fiscalis cum suis satellitibus Joannem Avenatum multis vulneribus saucium, atque ad Ecclesiam profugum insecutus, januas Ecclesiæ obsedit usque ad tertium diem, quo Avenatus ex vulneribus in Ecclesia deceſſit: Insuper præfatus Victorius Trona Comitem Valpergam e ditione Sabaudica exulem cum armatis militibus in Ecclesia Parochiali invasit, & per vim aperto

Sacra-

Sacrarii, quo Comes sese receperat, ostio Guglianetrum ibi adstantem, qui de militum adventu Comitem monuit, ab immuni loco expulit, & Comiti præcepit, ut ultro ex hoc loco discederet, secus violenter inde extrahendus. His ad Papam relatis, idem Victorium, Avenatum ceterosque hujus violentiæ complices anno hujus sæculi decimo nono die decima septima Maij excommunicatos declaravit, eosque in eventum mortis Sepultura Ecclesiastica privari jussit. Pervenerat etiam ad aures Pontificis, quod in Hispaniæ Regnis & alibi quidam pro causis civilibus & criminalibus carcerati, ut justitiæ rigorem eluderent, falso etiam cum perjurio allegarint, se ex locis immunibus dolose fuisse extractos, hinc S. Congregatio Concilii die quinto Octobris decrevit, ut per locorum Ordinarios promulgetur, quatenus omnes, qui ad Ecclesias confugient, si immunitatis beneficio gaudere velint, ibidem permaneant, nec se ullo prætextu inde educi sinant, secus si extra illas deprehendantur, non eis proderit allegare, quod suasionibus, vel dolo aut fraude fuissent abducti.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXV.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXV.

Principes atque Illustres hoc anno denati.

Europ. Herold. Part I. pag. 308. Dorsann. Journ. t. 1. pag. 286.

Inter Principes, qui hoc anno sceptrum cum vita posuere, Religionis studio, & magnanimitate longe celeberrimus, erat Joannes Guilielmus Palatinus S.R.J. Electnr, qui quamvis suas ditiones toto belli tempore Gallorum deprædationibus exponere cogeretur, a fide tamen Cæsari promissa amoveri haud poterat: Reddita pace in Romani Imperii Vicarium nominatus, multas Ecclesias, quas bello proscripti Calviniistæ reliquerant, Catholicis vindicabat, iis frustra reclamantibus, quorum aliquot millia in Angliam profugere, ubi quidem lætanter excepti, paulopost tamen in Hiberniam, in novam Eboracensem Provinciam, & Carolinam in America ad excolendam terram transmissi sunt: quinimo Angli illos, qui postmodum subsequebantur, tanquam homines pigros, laborisque impatientes ad sua remiserunt. Obiit hic Princeps improlis Düsseldorpii die octava Junii, quem summus Pontifex in suis literis die quarta Septembris ad Mariam Annam defuncti Conjugem Neoburgi Ducissam datis tanquam *S. Sedi addictissimum Filium, ortho-*

orthodoxæ Religionis ſtrenuum deſenſorem, & Chriſtianæ Reipublicæ Principem eximiis ornatum virtutibus deprædicabat. Obiit etiam annos natus nonaginta ſex Matthæus Iſore de Hervault Touronenſis Archiepiſcopus, qui ſenio, morum integritate & judicii acie conſpicuus ex octo illis Epiſcopis, qui ſeſe Conſtitutionis *Unigenitus* acceptationi in Pariſino Conventu factæ opponebant, haud infimus erat. Referunt nonnulli, hanc Archiepiſcopi repugnantiam ex privata averſione contra Clementem concepta ortum traxiſſe: cum enim Hervaultius adhuc Romæ Auditorem Rotæ ageret, & cum Clemente tum Cardinale Albano de Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus diſſereret, hicque inter alia dixiſſet: *quid demum ſunt veſtræ libertates, & quo fundamento nituntur? ſi quondam me Papam fieri contingeret, oſtenderem tibi, quam infirmo pede hæ libertates conſiſtant;* his verbis offenſus Hervaultius Cardinali reſpondit: *Et ego, ſi quondam me Epiſcopum fieri contingeret, ſpondeo me tibi monſtraturum, quanti momenti & ſolliditatis hæ libertates ſint:* Ab eo tempore quoties de Romana Urbe, vel de Conſtitutione *Unigenitus* loquebatur, de hac dicere ſolitus erat, quod Romana Sedes ab Apoſtolorum ævo moleſtius negotium non habuerit, de illa autem

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

cum Saluſtio de ſui ævi Romana Urbe differente ajebat: *Hæc civitas eſt venalis, & nil niſi emptorem expetit.* Non ſine maximo Auſtriacæ Domus luctu Viennæ quarta Novembris die Onomaſtica Caroli VI. Imperatoris deceſſit Leopoldus Joannes ejusdem Filius primogenitus, qui primum hoc anno die decima tertia Aprilis natus erat; cum vero hic Aſturiæ Princeps nominaretur, ejus nativitas ſicut Hiſpanis erat, moleſta, ita præmaturus ejusdem obitus illis acciderat pergratus. Obiere inſuper Darmſtadii die octava Januarii Franciſcus Erneſtus Filius ſecundo genitus Landgravii Haſſo-Darmſtadienſis, die trigeſima ejusdem Menſis Maria Caſimira Sobiescki Poloni Regis Conjux. Die octava Februarii Carolus Fridericus Marchio Onolsbacenſis, die ſexta Auguſti Fridericus Auguſtus Dux Wirtenbergico-Neoſtadienſis ſine prole maſcula, hinc ei ſucceſſit ejus Frater Carolus Rudolphus. Die decima Octobris Antonius Egon S. R. J. Princeps, & Landgravius de Fürſtenberg Regis Poloniæ, Electorisque Saxoniæ in Electoralibus terris Locumtenens. Obiere inſuper Viennæ L. B. de Rummel ejusdem Urbis Epiſcopus, cui ſucceſſit Sigismundus Comes de Kollonitſch Vacienſis Epiſcopus, Pampelonæ Petrus Aguado ejus-

ejusdem Urbis Episcopus, Wratislaviæ post editam fidei Catholicæ professionem Hedvigis Ducissa Wirtenbergica, Petroburgi Maria Euphrosyna Marveona Theodori Alexii Magni Moscoviæ Ducis relicta Vidua, & Natalia Alexiovana ejusdem Ducis Soror, Hedvigis Eleonora Caroli Gustavi Sueciæ Regis Vidua, Constantinopoli Valida Imperatoris Achmetis Mater, Jacobus Durmond Perthensis Dux, olim Scotiæ Cancellarius, & Albertina Joannetta Principis Salmensis uxor. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXVI.

Controversia inter Spirensem Episcopum, & Lutheranum hujus Urbis Senatum.

Jam dudum Lutherani variis artibus suam sectam in Spirensi Urbe propagare adlaborabant, omnique data occasione Catholicos opprimebant, ac demum consueto suo artificio, nescio quæ religionum gravamina excogitantes, & *Evangelicorum*, ut vocant, *Corporis*, aliorumque Principum præsidia implorantes, Catholicos violatæ pacis, perturbationum, oppressionum, & injuriarum incusabant, hac via saltem aliqualem suæ Religionis extensionem extorquentes. Quamprimum Henricus *Gottfrid. cont. Hist. Chron. l. 15. part. 5. Fabri* Staats-Kanz. *t. 28. & 30.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Hartardus de Rholling in Spirenſem Epiſcopum electus fuerat, mox Lutherani varias eidem moleſtias inferre certabant, ac primo quidem dirutam Eccleſiam ad S. Magnum contra pacta ruſſus erigere moliebantur: cum autem Epiſcopus eorum molitionibus obſiſteret, queſtum ibant ad ſectæ ſuæ Principum Legatos Ratisbonæ agentes, eisque tria ſcripta convitiis & mendaciis plena porrigebant. Hi igitur die prima Decembris anno hujus ſæculi decimo tertio in Spirenſis Senatus favorem literas admodum acerbas ad Cæſarem dedere, atque Epiſcopum accuſarunt, quod in hoſtium finibus periculoſos motus in Imperio excitaret: Eapropter Epiſcopus ſuam innocentiam vindicaturus, ſimulque a Cæſarea ſua Majeſtate debitam ſatisfactionem obtenturus, edito ſcripto ſparſas a Senatu calumnias, falſoque imputata Religionis gravamina confutavit: In hoc libello, cum Senatus a Corpore Evangelico peteret. I. Ut acerbæ Religionis oppreſſiones poſt Raſtadienſem pacem illatæ tollerentur: Epiſcopus primo reſpondit, de illatis oppreſſionibus haud conſtare, ſibi vero exploratum eſſe, quod ſumma hucusque patientia tolerare debuerit, Catholicos Spirenſes contra Pacem Weſtphalicam cru-

delisſi-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

deliſſime opprimi, vexari, & eliminari, pauperrimam Viduam nomine Annam Schwabin urbe expulſam fuiſſe, eo-quod quatuor ſuos Filios in Lutherana ſecta educare renuerit, Barbaram Schuſchin aliosque Catholicos immodicis exactionibus vexari, ſique eas ſolvendo impares ſint, urbe violenter expelli, & nihilominus Catholicos non *via facti*, prout Senatus conſuevit, ſed *in foro competenti via juris* remedium quærere maluiſſe.

II. Expoſuit Senatus, quod Clerus, eique adhærentes conceſſum Religionis Lutheranæ exercitium interturbarint: ad hoc Epiſcopus repoſuit, quod non Clerici, ſed Lutherani cives & Senatus jam a pluribus annis Catholicos via facti præcipue anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto exagitarint, Eccleſiaſticos ad ſua tribunalia rapuerint, eos tamdiu captos, donec farinæ tributum ſolviſſent, detinuerint, armata manu ad tria immunia fora excurrentes, ignem feſtivum extinxerint, & Eccleſiaſticos ab hac violentia dehortantes gladiis impetierint, eosque convitiis laceſſiverint, captosque abſtraxerint: Exprobrabat inſuper Epiſcopus Lutheranis, quod Decani & Canonicorum ædes, aliaque loca a laica jurisdictione exempta armata

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

manu invaserint, lustrarint, obsederint & homines ibidem agentes verberibus atque injuriis affecerint, urbis portas Ecclesiasticis occluserint, ipsam Ecclesiam, ejusque fores bipenibus & ascia violenter effregerint, & Ecclesiasticum inde extractum & pro suo arbitrio hinc inde raptatum a militibus custodiri jusserint, & contra pacta solemnissime jurata Catholicos juribus suis spoliarint, auctaque indies audacia ipsimet Episcopo, ejusque domesticis & Clero procaciter insultarint.

III. Cum Senatus ad *Evangelicorum Corpus* perscribere non erubuerit, quod Catholici Lutheranis suas proles & nominatim Schweichheimeri civis Filiam abduxerint, atque occultarint, hinc Episcopus Lutheranos de mendacio & calumnia postulabat ex jurato testimonio, confessione & ejusdem Mariæ Margarethæ Schweichheimerin depositione coram Notario Cæsareo die decima tertia Februarii 1713. facta, demonstrans, quod præfata Virgo ab ipsius Matre ad Dominum Consiliarium Schweickard famulatum deducta, proprio impulsu, nemine suadente ac cogente ad P. Reichardum sæpius iverit, ut in fide Catholica probe instructa palam eam profiteri posset: ex mandato autem Senatus Decurio, & decem mili-

milites præsente ipso Episcopo in præ- Sæc. XVIII.
fati Consiliarii ædes irruperint, atque A. C. 1716.
in ipsius domo velut insanæ furiæ tumultuantes, ipsum Consiliarium, ejus Conjugem & domesticos per plures dies tam arcte detinuerint, ut ipsum ab omni hominum consortio tamdiu excluderent, donec præfatam Virginem eis traderet, quocirca Episcopalis Curiæ Judex & ipsemet Consiliarius, cum hos turbatores alia via ad saniora reducere haud possent, saltem adversus hanc violentiam, læsumque Episcopi honorem protestati essent: Ipsa vero Virgo in Teutonicorum domum profuga, ut ab hac violenta invasione eriperetur, ab Episcopo perenixe rogans Rheinhusum delata fuerit, sponte professa, quod libentius in remotissimas orbis regiones secedere vellet, quam Spiram reverti, cum probe prospiceret, se tamdiu a Senatu captivam detentum iri, donec rursus ad Lutheranam sectam reverteretur. Præterea Prædicans Pollman Annam Ulmanin Viduam crudeliter pugnis, minis & verberibus & assiduis objurgationibus tamdiu vexarit, donec quinque Filias suas, invitas licet, eidem in Lutheri secta instituendas traderet.

IV. Senatus in suo scripto ad Ratisbonenses Legatos falso & injurioſe

Sæc. XVIII A. C. 1716.

expoſuit, quod Catholici illos, quos ad ſuam fidem pellexerant, ex urbe tranſtulerint, *ſponſalia publice & ſolemniter celebrata ſcandaloſiſſimo exemplo* diſſolverint, & matrimonia cum Catholicis celebrari procurarint. Hæc mendacia confutaturus Epiſcopus repoſuit, quod Anna Catharina Kleinin Hoſpitæ Filia, ad quam Senatus alludebat, ſponte ſua publice in Eccleſia fidem Catholicam profeſſa ſit, nec a Catholicis ex urbe abducta fierit, ſed ipſamet ob continuas vexationes ſibi a Matre ſua, Calviniano Prædicante, & a Conſule Fuchxo ejusque Conjuge illatas urbe exceſſerit; & Heidelbergam reverſa variis artibus & nominatim novarum veſtium pollicitatione ad ſectam denuo amplectendam ſollicitata, ac demum a Matre, fratre & ſorore gravibus injuriis affecta, clauſis foribus, ejusque veſtibus ſibi ablatis a Catholicæ Eccleſiæ acceſſu prohibita fuerit. Inſuper etiam Anna Maria Traurin Venatoris conjux Epiſcopi opem implorare coacta ſit, contra graves inſidias Lutheranorum, qui ſex ejus proles identidem promiſſis & ſollicitationibus ad ſuam ſectam perducere certabant. De cetero autem Epiſcopus expoſuit, quod nunquam ejusmodi ſponſalia diſſolverit, & ſi quæ fuiſſent celebrata, ad

ſponſi

sponsi petitionem pro eorum valore fuisset pronuntiatum. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Quam injusta autem & falsa fuerit Senatus criminatio de matrimoniis, Episcopus ostendit ex depositione, coram Joanne Flörchingen Notario Cæsareo, & testibus facta a Joanne Georgio Heyning cujusdam civis Spirensis Filio, qui ad Catholicam fidem reversus, cum Annam Gallerin religione Catholicam ducere vellet, ac propterea fidem suam baptismalem petiturus Rotham proficisceretur, inde reversus, in porta S. Egidii a satellitibus per vim comprehensus, ad primariam excubitorum stationem raptus est, ac postea a militibus ad Prætoriam domum deductus, ibidemque per integrum triduum inedia affectus detinebatur, tandem vero coram tribus judicibus, quorum unus faber ferrarius, alter Pistor, & tertius Dulciarius erant, in jus vocabatur, a quibus eidem intimatum, quod si Catholicam fidem profiteri, & Catholicam ducere vellet, a municipio excluſus, confestim urbe expellendus esset: ejus quoque parentes illum hæreditate sua privandum minitabantur. Altera die rursus a satellitibus ad Curiam deductus declarabat, quod a fide vera deficere, & suam Sponsam dimittere nollet, se tamen utpote mu-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

nicipis civis filium, a jure civitatis excludi haud posse crederet: cui tamen a Magistratu responsum, a Senatu conclusum esse, ut hanc fœminam dimitteret, & intra triduum urbe excederet, secus nonnisi pane & aqua cibatus in carcerem detrudendus, ac tandem non sine infamia & ignominia ex urbe expellendus esset, si tamen hanc fœminam, etsi sponsalia cum ea contraxisset, dimittere, atque ad eam, quod illam nequidem nosset, dicere, & per annum vel semestre ab urbe abesse vellet, demum reversus, & civis filiam ducturus, civitatis jure potiri posset.

V. Querebantur Lutherani in suo libello, quod Catholici in Sectariorum Templis fenestras effregerint, & ad Ecclesiæ januam hæc verba inscripserint: *Hoc est idolorum templum*, & tamen Lutherani ab Imperiali Consilio severis mandatis onerati fuissent. Ad hæc objecit Episcopus, quod Lutherani quemdam Episcopi aurigam sub falso obtentu, quasi fenestras lapidibus confregisset, in carceres conjecissent, relictis ejus equis & curru ad Urbis portam, quem cum Aulicum spirense Consilium in libertatem asseri juberet, responderint, quod se ultro eum post octiduum dimittere decrevissent, quia vero ab Episcopali Consilio id

id fuisset petitum, ille adhuc per aliquot dies detinendus foret: Oppositus quoque Episcopus, in Catholicorum Ecclesiis quamplurimas, easque novas fenestras crebris lapidum ictibus diffractas fuisse, & Lutheranorum pueros in Catholicorum cæmeteriis lusisse, cachinis, & inconditis clamoribus non raro Divina officia interrupisse, Sacerdotes in Ara celebrantes perturbasse, & pilarum lusu, & saxorum ictibus non modo fenestras fregisse, sed etiam in publico Ecclesiæ conventu in Concionatoris cathedram lapides projecisse: Demum in Catholicorum cæmeteriis studiose loculos fuisse apertos, & catellos illis impositos, quin tamen propterea Catholici gravamen Religionis moviissent, aut quæstum veniissent, quia ignotum erat, an hæc a Christianis vel Judæis fuissent attentata. Haud immerito autem Imperiale Consilium Lutheranorum petitionem *de exhibendo filiam injuste subductam rejecerit, & de refundendo expensas frivole caussatas*, utpote falsis expositis innixam, e contrario autem Cæsar in suo mandato Senatui Spirensi acriter exprobrarit, quod neoconversam hanc filiam contra conscientiæ libertatem violenter ad sectam retrahere, ejusque Patrem carceris, expulsionis ex urbe & Ecclesia commina-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

tioni-

Sæc. XVIII. A. C. 1716. tionibus aliisque vexationibus, ni fidem suam rursus a Catholica fide abstraheret, terrere attentarit; eidem vero Senatui præceperit, ut hucusque contra Schweichardum attentata irritaret, & quemlibet in sua libertate Religionis relinqueret, ac post sexaginta dies in Imperiali judicio compareret.

VI. Senatus in suo ad Ratisbonenses Legatos libello insulse querebatur, quod Clerici & Episcopales Ministri *approbante ac manutenente Domino Episcopo tam in criminalibus, realibus quam ratione contractuum forum sæculare detinare* satagant: Ad hæc vero repositit Episcopus, ex juratis pactis constare, quod Magistratui nulla jurisdictio in Clerum tam in personalibus quam realibus competat, mendacii autem incusavit Senatum, quia Ratisbonam perscripsit, quod Catholici potissima & pinquiora bona ad se rapiant, cum Imperiale Consilium ipsi Senatui præceperit, ut contra Henricum Lihr Spirensis Consistorii Consiliarium, cui Senatus per iniquam sententiam hortum a se emptum vi abstulit, attentata revocaret: hæc autem mandata Cæsarea Senatus per commenta sub- & obreptitie obtenta fuisse, petulanter asserat.

VII. Cum autem Senatus Catholicis objecisset, quod in Urbis fundo nova ædi-

ædificia erigant, vel immutent contra ſtatum anni normalis, & publicas vias ſuis proceſſionibus, non ſine cruento tumultu turbent, eosque, qui Senatus auctoritate talia eis inhibent, captivos detineant, & ſi quos Catholicos punire neceſſe ſit, id ex fidei odio fieri inclament, & potenter adjuvari petant. Has cavillationes Epiſcopus ſolide confutabat, demonſtrando, quod PP. Dominicani cæmeterii ſui murum *in priſtino fundo ſuo* erexerint, ad id coacti, eoquod ſæpius pueri Acatholici variis petulantiis ſacrum hunc locum violaverint, Eccleſiæ feneſtras ſaxis impetiverint, & mortuorum oſſa profanaverint necnon in manifeſtum Cæſarei mandati contemptum novem catellos in duobus loculis recens effoſſis ſepelierint, & lapide contexerint: Ex eo autem, quod iidem Patres januam, quæ Anno 1624. rotunda & altior erat, nunc quadratam, minusque altam confici curarint, Lutherani ridiculum Religionis gravamen fecerint, & Senatus fabrum ferramentis januam firmaturum, per ſatellites a labore, intentata carceris pœna evocarit, cunctisque operariis ſub pœna amittendi juris civitatis inhibuerit, ne his Patribus, & Canonicis ad S. Quidonem operam ſuam locarent. Hi enim Canonici Weidenber- Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII A. C. 1716

denbergenſes tectum ſuper Crucem, ut a pluvia & ventis præſervaretur, ponere curabant, obſtitit tamen Senatus, ſub falſo obtentu, quod ad hanc Crucem Sacellum erigere molirentur: & Anno 1624, ejusmodi tectum non fuiſſet erectum. Novum Religionis gravamen? cum tamen Weidenbergenſis ager a civitatis jurisdictione non dependeat; nihilominus Senatus cæmentarios ex Palatinatu evocatos, veluti latrones, a Cruce ad Prætorium rapi juſſerit; contra quam violentiam tam Canonici quam Dominicani nequaquam convitia & probra (uti Senatus falſo perſcripſerat) oppoſuerint, ſed Imperialis Conſilii *Mandatum pœnale de non impediendo ædificare, caſſando & reſtituendo* S. C. Viennæ 5. Novembris 1714. Perperam vero Senatus tumultus a Lutheranis excitatos in Catholicos detorſerit; Epiſcopus & Catholici nunquam viæ libertatem Lutheranis per pacta & ſententias adjudicatam violarint, Lutherani e contrario, cum Catholici in Weidenſi agro, qui juxta præfata pacta privative ad Epiſcopum pertinet, ſolemnem pro more ſupplicationem in feſto Aſcenſionis Dominicæ haberent, vi armata ſupplicantium more incedentes Catholicos aggreſſi, in eos, eorumque vexilla & Cru-

ces

ces irruerint, arreptisque armis pilea & pallia pluribus abstulerint, tantumque terrorem & tumultum excitarint, ut Ecclesiastici & peregrinantes a laude Divina cessare & non sine manifesto vitæ periculo Rhenum trajicere coacti sint, ac puerorum & mulierum ejulatibus Urbs resonaret, quapropter Episcopales Ministri ad conservanda sui Principis jura ex hisce temerariis in flagranti deprehensos quosdam comprehenderint, quos tamen, licet Senatus mox eos liberari petierit, Episcopus, cum ad Imperiale Consilium rem detulisset, & tam atrox facinus ab eodem reprobari prospiceret, dimittere recusarit: luculentiore autem injustitia Senatus jactato talionis jure cives suos publico tympanorum pulsu ad arma concitarit, atque in omnes peregrinantes finita supplicatione in urbe adhuc morantes, licet Episcopales subditi essent, sedulo inquiri jusserit, cujus etiam mandato Philippoburgensis civitatis Archigrammateus, & duo alii Episcopales subditi, etsi ex Magistratus consensu negotiorum caussa in urbe innoxii morarentur, in publica platea sub atrociſſimis verberum minis invasi, ad militum stationem raptarentur, & captivi detinerentur, quia vero horum unus in exemptam Vicarii domum confugisset, milites impetu in

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

ædes

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

ædes facto illas violenter aperuerint, quin tamen captos dimitterent, donec Cæsareo mandato illos relaxare compulsi fuissent, hisce violentiis sat loculenter suum Religionis odium testificantes.

VIII. Denique Senatus objectabat, quod contra Religiosas Pacificationes Episcopus jurisdictionem Diœcesanam aperte contra Cives Catholicos sibi arroget, & militarem executionem comminetur: Ad hæc repositit Episcopus, nullam ejusmodi exstare pacificationem, qua talis jurisdictio Episcopo foret interdicta, sed Catholicis liberum Religionis exercitium semper fuerit conservatum: hanc vero comminationem esse merum figmentum, e contrario autem Lutherani Catholicos in fidei odium tam acerbe vexare, ut eorum non pauci civitatis juri renuntiare cogerentur, & Lutherani nullum Catholicum civem amplius recipiant, & receptos cum ceteris Catholicis inhumane opprimant.

§. LXXVII.

Spirensis Civitas ab Episcopali milite occupata.

Fabri Staats-Kanz. t. 28. p. 108.

Cum autem Spirenses Lutherani Cæsareis mandatis morem gerere detrecta-

trectarent, atque etiam die decima Januarii anno hujus sæculi decimo tertio Senatus Spirensis Episcopum apud Imperiale Consilium falso accusaret, acsi habito provincialium delectu non sine violata civitatis jurisdictione has copias militari exercitatione instituisset, ac proin præcipue in hostium finibus periculosos in S. R. Imperio motus excitasset, ac insuper Senatus famoso libello typis edito Episcopum, Clerum, ejusque subditos Catholicos apud Ratisbonensia Imperii comitia indignis modis traduceret, hinc Episcopus die octava Junii Anno 1715. Cæsari supplicabat, ut ob debitam sibi veneration nem graviter læsam, & nequiter impactas calumnias congruam sibi præstari satisfactionem, curare dignaretur: Interim vero Senatus suo obtentu, quod Episcopales urbis invasionem minitati essent, publico edicto cives hortabatur, ut in omnem eventum arma pararent: quinimo die decima quinta & sexta Martii omnibus civibus & incolis significavit; quod ad primum tympani sonum mox omnes ad præstitutum locum armati convenirent: die autem vigesima ejusdem Mensis Senatus tympani & æris campani sonitu cunctos in armis esse jussit, quo comperto Episcopus suum Secretarium ad Senatum

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Chron. l. 16 pag. 53.

Sæc. XVIII. A. C. 1716

ablegavit, quo hic tumultus ſpectaret, ſciſcitatus, cui tamen ejusmodi datum eſt reſponſum, quo Epiſcopus ſibi, Clero ſuo & Catholicis grave periculum imminere, haud obſcure colligeret: Tumultui dabatur initium, dum civitatis excubitores Epiſcopi aurigam, & famulos poſt crebram laterum contuſionem inſectabantur, & capillis prehenſos vi ad militum ſtationes raptabant, & ipſius Epiſcopi Nepotem Trevirenſem Canonicum Cathedralem, varios Clericos & Epiſcopi Conſiliarios ac Miniſtros publicarum platearum tranſitu interdicebat, eosque contumeliis & minis repellebant, ipſum etiam Epiſcopale Palatium validis excubiis cingentes, ſexcentos ferme armatos omni ex parte pulſatis etiam tympanis per loca a civitatis jurisdictione exempta contrahebant: cum ergo ex bellico hoc concurſu ſat luculenter pateret, quod Lutherani Magiſtratus Epiſcopum, ejusque Regiam occupare molirentur, imo ad ipſas Epiſcopalis Palatii fores ſchedam affigerent, qua cives ad Epiſcopum turri includendum, & Clericorum, famulorumque ædes diripiendas incitabantur, hinc Epiſcopus neceſſitate coactus, vitæque ſuæ ac ſecuritati proſpecturus, ſuis domeſticis præcepit, ut ſaltem violentam palatii invaſio-

vasionem, quantum possent, armis prohiberent: Hujus indignitatis atrocitate excitati Dudenhofenses, ut suum Principem atque Episcopum defenderent, in opem vocatis Marientrautensibus, trium ferme millium agmen contraxere, variisque & præcipue rusticis armis instructi die vigesima Martii extra urbem castra metati sunt; quo comperto Episcopus, qui pro sua benignitate cruentos motus prævertere intentus erat, Dürbachium, quem a secretis habuit, ad eos sciscitatum misit, cujus mandato arma sumpsissent? Hi vero reponebant: Imperialis Consilii decretum, quo eis arbores cædendi jus assertum esset, a Senatu contemptum, atque ab eo ligna cædua armata manu in urbem devecta fuisse, cum ergo Episcopus eorum jura tuendo impar esset, eisque Imperiale Consilium sui decreti executionem demandasset, jus suum armis prosequi decrevissent. Id vero nec Episcopi, nec ejus Consilii jussu feciſſent, sed comperto, quod civitatis Senatus publico edicto cives suos ad arma civisset, eosque contra suum Episcopum, ejusque subditos concitasset, illumque invadentes veluti captum detineret, hinc suo Principi opem laturi, ejusque securitati consulturi concurrissent: His ita prolatis Secretario in

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

mandatis dedere, ut certum a Senatu responsum referret, an Episcopo de plena securitate prospicere, eumque ab omni injuria vindicare vellet, secus enim se bona & sanguinem pro Principis sui incolumitate prodigere paratos esse. Pariter Episcopus sibi suisque de perfecta securitate caveri, & Gebhardum Centurionem ac Geyerum Scriniarium utpote Episcopum atrocissimis calumniis impetentes sibi tradi a Senatu petiit: Ad hæc tamen responderunt Senatores, se præfatum edictum ad repellendam injustam vim, & procurandam Episcopi securitatem promulgasse, nec quicquam adversi Episcopo, ejusque Clero ac Ministris a Senatu timendum, se vero ambos hosce cives, utpote soli Senatui subjectos, tradere non posse, quamprimum vero de horum delictis constiterit, Senatum mox Episcopo satisfacturum: reposuit tamen Episcopus, suum non esse, primum privatos ejusmodi calumniatores apud Senatum denuntiare, Senatui vero competere, sibi tanquam S. Imperii Principi hosce convitiatores sistere. Cum autem Dudenhofenses nec Episcopo nec sibi sat cautum crederent, die vigesima prima Martii repulsis excubitoribus urbem occuparunt, primoque æstu, uti in populari tumultu fieri amat, unum,

unum, alterumve glande trajecerunt, & quosdam vulnerarunt, civesque armis exuerunt: Episcopus vero mox ad Senatum suos ablegabat, præcipiens, ut ex Senatu quosdam, & quinque ex civibus ad se deputarent: His ergo manifestum suæ Personæ dignitatisque contemptum, crebras suorum & Catholicorum oppressiones, & hucusque perperam attentata exprobravit, petiitque, ut tandem declararent, an hanc controversiam vel amica transactione vel via juris componere intenderent, quibus viam juris seligentibus, Episcopus, ut oppressos cives sublevaret, præteritarum injuriarum ferme immemor potissimam armatorum partem ex urbe emigrare jussit, relictis duntaxat, quot ad sui suorumque securitatem vel maxime necessarios fore duxit, quinimo hos quoque sine civium molestia suis sumptibus, pane & vino alebat, eo fine, ut tandem Lutherani benignitate devicti, deinceps debitam Episcopo reverentiam deferre, suorumque subditorum jura illæsa servare, & Catholicis liberum Religionis exercitium relinquere decernerent: Cum vero hi omnis honoris pudorisque obliti apud quosdam Imperii Electores, Principes, & Ratisbonensem Imperii Conventum suppressa veritate falsas & tam

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Epist. literæ die 16. *Apr. Fabri p.* 191.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Episcopo, quam ejus Ministris injurio-sas criminationes contra fidem datam exposuissent, atque in Episcopum, Clerum, ejusque subditos Lutheranorum & Calvinistarum odium concitaturi, in vulgus sparsissent, quod Episcopus hos in libero sectæ suæ exercitio, & conscientiæ libertate perturbare moliretur, hinc Episcopus die decima sexta Aprilis hoc anno edictum promulgari jussit, vi cujus cunctis ejus Ministris, incolis & subditis sub gravissimis pœnis inhibuit, ne Lutheranos & Calvinistas eorumque Prædicantes in conscientiæ libertate ac Religionis exercitio turbare vel impedire, aut verbis vel factis molestare præsumant. Concionatoribus quoque ceterisque Clericis, & quibuscunque aliis præcepit, ut e suggestibus, aliisque in locis a convitiis, vituperiis, ore vel calamo effundendis omnino abstineant. Nihilominus Spirensis Senatus creberrimis literis Evangelicos Principum Legatos Ratisbonæ agentes ipsumque Cæsarem fatigabat, & allatas Episcopi rationes enervare nitebatur, postulans, ut Episcopus armatos ex urbe educeret: Hic vero Legatis die decima tertia Junii rescripsit, quod unice sui, suique Cleri securitati contra rabie tumentem Magistratum

ſtratum proſpicere coactus, quasdam copias in urbe teneret. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXVIII.

Cæſareo - Imperialis Aulici Conſilii ſententia hac in cauſſa.

Interim crebris utrinque ſcriptis, criminationibus mutuis, & variorum tribunalium ſollicitationibus, & querelis, atque vindiciis certatum eſt, & quidem Lutherani Senatores, ſi forte miles anſerem trucidavit, aut ad probroſam civis reſponſionem, convitium vel minas regeſſit, aut pro ſuis equis ſtramen petiit, vel vitreum orbem aut aliud quicquam confregit, aut Lutheranum ad genuflexionem coram Sacratiſſima Euchariſtia coegit, tanquam horrendas violentias, damna, ac Religionis gravamina apud Corpus Evangelicorum detulerunt: Viciſſim vero Epiſcopus, ceterique Catholici de gravibus Senatus oppreſſionibus atque injuriis apud Cæſarem vehementer querebantur: quocirca Imperatoris auctoritate Aulico - Imperiale Conſilium communibus partium ſumptibus Electori Palatino & Haſſo-Darmſtadienſi Landgravio commiſit, ut inquirerent. I. Quis prior ad ſumenda arma & ad Epiſcopi Palatium armatis obſidendum

Fabri l. c. t. 29. p. 1. & ſeqq. Theatr. Europ. p. 145. & ſeqq.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

ansam dederit, quisnam contra Religionis pacem Episcopum & Principem injuriis lacessiverit, & quid in hoc tumultu contigerit? III. Publico edicto præcipiant, ut omnes, cujuscunque conditionis sint, ab omni hostilitate abstineant, & Cæsareæ hujus Deputationis decisionem quieti præstolentur. III. Perscribant Episcopo, ut armatos ex urbe educat, suosque subditos ab omni tumultu cohibeat. IV. Vicissim Senatus cives suos a minima Episcopi & Catholicorum offensione & molestia coerceat. Pariter Imperator die septima Aprilis Episcopo præcepit, ut armatos avocaret, & captivos si qui sint, libertati redderet, necnon Senatui Urbis portas consignaret, Magistratui vero indicta pecuniarum mulcta inhibuit, ne sub ullo prætextu ob præterita ullum lædere, aggredi, ei quicquam demere, aut ullam violentiam inferre præsumant, sed via juris utantur, ac demum Cæsarei Deputati utriusque Partis securitati prospiciant. Accepto hoc Cæsaris rescripto Episcopus declaravit, se mox Cæsareum mandatum executurum, quamprimum Cæsarei Deputati Spiram reversuri, & demandato inquisitionis negotio initium daturi essent, simulque & utriusque partis securitati sat prospectum fuisset. Cum ergo præfati

fati Deputati die quarta Julii in PP. Carmelitarum Conventu cauſſam ſibi demandatam diſcuſſiſſent, præceperunt, ut Epiſcopale edictum, quod Eccleſiis Catholicis, & Epiſcopali Palatio affixum erat, a Principis Epiſcopi Miniſtris, quod vero Urbis & Curiæ valvis affigebatur, a Deputationis Secretariis tollatur, & milites die quinta ejusdem Menſis urbe excedant, prout etiam præfata die omnes armati ſonantibus tubis & tympanis urbem deſeruerunt, reſervatis duntaxat pro Palatii Epiſcopalis ſecuritate ſexaginta tribus, qui etiam ſequenti die exceſſerunt. Quamvis ergo Epiſcopus omnem querulandi anſam ſuſtuliſſet, & Senatus ceteriqueA catholici viciſſim ab omni Catholicorum & Religionis oppreſſione abſtinere juſſi eſſent, nihilominus Lutherani mox anno ſequenti die quinta Maij ſupplicationem, quæ quotannis hac eadem die, & modo per Vormatienſem Urbis portam a Cathedrali Eccleſia ad Monaſterium S. Claræ ab immemorabili tempore proceſſerat, ſemper ſine ulla contradictione aut impedimento tam ante quam poſt pacem Weſtphalicam, ex Senatus mandato inhibuerunt, proin publicum Religionis Catholicæ exercitium contra Imperii Conſtitutiones, pacem Religioſam, &

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Faber l. c. t. 30. p. 300.

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Cæsaris mandata via facti & præter morem studiose clausa civitatis portu interturbarunt. Ut vero Catholici seu in antiquissimi sui juris possessione contra ejusmodi novationem conservarent, & ne totum Cathedrale Capitulum, totus Clerus, Episcopales Ministri, & omnes maximo numero congregati Catholici ante urbis portam Acatholicorum ludibrio & cachinis expositi, atque a sua pietatis exercitatione præpediti consistere cogerentur, postquam urbis portam aperiri petebant, objecto Senatus interdicto, atque arroganti responso rejecti, jure licitissimæ defensionis januam vi aperuerunt, ac resistentes excubitores tamdiu retinuerunt, donec supplicantium agmen ad destinatam Ecclesiam S. Claræ processisset: inde vero tanta plebis consternatio, mulierum & imbellium ejulatus & gemitus, ut non modo pauci ad ædes & montes timidi confugerent, sed etiam circumvicini pagorum incolæ hoc tumultu excitati, ac rursus contra Cæsarea interdicta suum Principem hostiliter invadi existimantes, ad arma convolarent, & absdubio pejora prioribus attentassent, nisi ab ipso Episcopo, ejusque Ministris arma ponere, tempestive jussi fuissent. Hæc omnia ita ab Acatholicis fuisse attentata, testibus juratis

ratis & Cæsareorum Notariorum fide fuere confirmata: nihilominus Spirensis Senatus publicis literis & libellis Episcopum & Catholicos de novo & violento tumultu insimulavit, & in propria caussa hac de re testes partium studio addictos, & Catholicis infensos, necnon etiam pauperes Catholicos acerbioris vexationis, & expulsionis metu adactos allegavit, ut de vi adhibita, & de ejusmodi supplicatione nunquam per hanc portam deducta contra suam conscientiam testarentur, studiose tamen Senatus in omnibus hisce scriptis reticuit, quod prior ipsemet dato portam occludendi mandato publicum Religionis Catholicæ exercitium turbarit. Sæc. XVIII. A. C. 1716.

§. LXXIX.

Scriptores Catholici hoc anno demortui, eorumque opera.

Pluribus Scriptoribus Ecclesiasticis ob editorum operum præstantiam inclytis hoc anno mors calamum excussit. Hos inter primus occurrit, Jacobus Boileau, qui scripsit Historiam Flagellantium, de antiquo jure Presbyterorum in regimine Ecclesiastico, de adoratione Eucharistiæ, de Sanguine Corporis Christi post resurrectionem, de *Mezeau vie d. Boileau Cim. Mem. mund. Cerf. Bibl. des Auth.*

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

de re vestiaria hominis sacri, de approbatione librorum circa res Sacras, de re beneficiaria, de antiquis & majoribus cautis Episcoporum, de Magistris, tractatus ad decretalem super specula, de officio Episcoporum, de necessitate contritionis, Historiam Confessionis auricularis, observationes contra librum Gaudentii de Assumptione B. V. observationes cujusdam Theologi in tractatum Maimburgi de Statu Ecclesiæ Romanæ, præter alia plura potissimum suppresso suo nomine edita. II. Jacob Faber Sorbonæ Doctor, qui in Bastillæ carceribus aliquamdiu hæsit, eoquod Sorbonam circa Sinensium ritus contra Jesuitas propugnaverat, edito libro, cui titulus: *Anti - Diarium comitiorum Sorbonicorum:* Edidit quoque Discursus Eudoxii & Eucharisti contra Maimburgum, invicta argumenta ad convincendos Calviniastas, colloquia de causis, ob quas Protestantes se ab Ecclesia segregarunt, epitome omnium pro vel contra Protestantes in Gallis gestorum, criticas observationes in Historiam Ecclesiasticam P. Natalis Alexandre & conciliationem contradictionum apparentium S. Scripturæ. III. Ludolphus Küster, qui Parisiis palam ejurata Lutheri secta fidem Catholicam tertio ante obitum suum anno amplexatus

xatus publici juris fecit Bibliothecam librorum novorum, novum Teſtamentum Millii, & diſſertationem de Muſeo Alexandrino: concinnabat etiam novam editionem Heſychii, & Theſauri linquæ latinæ Stephaniani, quæ tamen opera morte præventus complere haud poterat. IV. Obiere etiam hoc anno PP. Heylot ex tertio Ordine S. Franciſci, & Renatus Meſuet, Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, quorum prior conſcripſit Hiſtoriam de Ordinibus Monaſticis, & alter conſuebat epiſtolam cujusdam Abbatis Germani contra novam editionem operum S. Auguſtini. Adornavit etiam novam editionem operum S. Irenæi, ſub hoc titulo: *Sancti Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis & Martyris detectionis, & everſionis falſo cognominatæ agnitionis contra hæreſes Lib. V.* Hæc editio emendatior eſt illis, quas antea P. Feuardentius & Erneſtus Grabeus concinnarunt. Proſequebatur quoque quintum tomum Annalium Benedictinorum a P. Mabillonio inchoatum. V. Honorius ab omnibus Sanctis Ord. Carmelitarum Diſcalceatorum Præpoſitus Generalis, S. Congregationis Rituum & Indicis Conſultor, & S. Officii Qualificator publici juris fecit Myſticam & moralem expoſitionem duorum Pſalmorum,

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

Sæc. XVIII A. C. 1716.

morum, Prudentiam Spiritus, ſublimem contemplationem & ſecuram pacem in Chriſto, Animam Devotam æterni Verbi, Meditationes Inſtitutionis Euchariſtiæ, Paſſionis, & Mortis Chriſti, Animam devotam in ſpiritu & veritate præter plura alia.

§. LXXX.

Scriptorum Acatholicorum opera & obitus.

EX Scriptoribus Acatholicis hoc anno defunctis celebriores ſunt, I. Gottfridus Guilielmus Leibnitzius, qui edidit novam diſcendæ docendæque jurisprudentiæ methodum, ſpecimen demonſtrationum politicarum, de jure ſuprematus ac legationis Principum Germaniæ ſub ementito nomine Cæſarini Fürſtenerii, acceſſiones hiſtoricas, noviſſima Sinica, Diſſertationem de origine Francorum, Fabulam moralem, epiſtolas ad Peliſſonium contra Eccleſiam Romanam, defenſionem Trinitatis, confeſſionem naturæ contra Athæos, anecdota de vita Alexandri VI. Papæ, præter plura alia Philoſophica & Politica. II. Jacobus Gronovius, qui vulgavit exercitationes academicas de caſu & pernicie Judæ, & theſaurum antiquitatum Græcarum. III. Joannes Fecht ſcri-

scripsit noctes Christianas, schedias- Sæc. XVIII.
mata sacra, scrutinium profligatæ ex A. C. 1716.
Ecclesia hæretificationis, epistolas Anti-Prædestinatianas, tractatum de statu damnatorum, supplementum Historiæ Eccl. Sæculi XVI. De Sacrificio Missæ repræsentativo, Philocaliam Sacram, de ordine modoque gratiæ Divinæ in conversione hominum, historiam indifferentismi & de religione moderna Græcorum. IV. Everhardus van der Hoogt posteris reliquit Bibliam Hæbraicam, Januam linguæ sacræ, Grammaticam & Syntaxin hebræam, Chaldæam & Syram, & analysin textus Græci in prima quatuor capita D. Matthæi. V. Theodorus Pauli scripsit tractatus de pœnis furiosorum, de eo, quid justum est circa S. Eucharistiam, de veris Juris & Jurisprudentiæ principiis præter plura alia potissimum juridica.

HISTO-